



10 Feb to 30/1

@ 810

LE COMMEDIE
DI M. ACCIO
P L A U T O

V O L G A R I Z Z A T E

D A

NICCOLÒ EUGENIO
A N G E L I O

COL TESTO LATINO A DIRIMPETTO.

T O M O I.

PRESSO VINCENZIO MAZZOLA-VOCOLA.
MDCCLXXXIII.

Con licenza de' Superiori.

PA
6568
A2
1783
t 1



A. SUA ECC.

IL SIG. D. DOMENICO CARACCILO
MARCHESE DI VILLAMAINA, GENTILUOMO
DI CAMERA CON ESERCIZIO DI S.M.,
CAVALIERE DEL REAL ORDINE DI S. GEN-
NARO, VICERE', E CAPITAN GENERA-
LE DEL REGNO DI SICILIA &c. &c.



L compiacimento, che V.E.
dimostrò a me, e ad altri, di
aver sentito in leggere quel
faggio del mio volgarizza-
mento di Plauto, che eb-
bi l'onore di presentarle,
mi ha reso animoso a porgerle a leg-
gere

gere questo primo tomo della intera traduzione di tutte le venti Commedie di tal autore , che sono stato indotto a pubblicar per le stampe . Nè ha potuto sgomentarmi da ciò fare la considerazione della serietà della sublime carica , che V. E. cotanto gloriosamente sostiene ; poichè per un personaggio di alto affare , e circondato da assidue gravissime cure, necessaria cosa è , per alleviarle , e potervi reggere , il piegarfi di tempo in tempo a qualche gioconda lettura . Chi meglio di questo autore potrà porgere un antidoto di questa fatta? egli è abbondantissimo di facezie , di sali , di motti , e di gerghi graziosissimi : pieno di avvenimenti , ed intrichi curiosi , e da scuotere la serietà di chi che sia . Non si ferma però in questo solo , come V. E. ben sa , il valore di questo scrittore per rendersi degno della sua lettura . La purissima eleganza , e proprietà della lingua , e l'abbondante erudizione , che contiene , ha porto a tanti nobili scrit-
to.

tori ajuti, e lumi grandissimi al rischiaramento delle leggi, e de' riti de' Romani, e de' Greci. Che dirò io delle pitture vivissime, che ci porge della deformità del vizio, e della bellezza della virtù? della frequenza delle sentenze piene di gravità, e di filosofia? Sicchè per ogni riguardo non lo reputo indegno di qualche occhiata di V. E. in mezzo alle gravissime cure per lo governo di cotesto Regno. Voleffe Iddio, che ugualmente degna si rendesse della di lei approvazione la fatica, qualunque ella siasi, che vi ho per tanti anni impiegata io; poichè allora il grave giudizio di un personaggio di sì profonda dottrina, di sì squisita erudizione, e di tanto sottil gusto, quanto è noto a Europa tutta esser l' E. V., mi persuaderebbe a credere di non avervi perduto il mio tempo, come tal volta ho immaginato. Intanto non mi resta che pregare V. E. di onorarmi del permes-

fo , che io col più umile offequio mi
dica,

Di V. E.

Napoli a' 28. di febbrajo 1783.

Devotifs. e Obbligatifs. Servo.
Niccolò Eugenio Angelio.

Magn. U. J. D. D. Franciscus Confortius, in hac Regia Studiorum Universitate Professor, revideat autographum enunciati operis, cui se subscribat, ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent, ad formam Regalium Ordinum, & in scriptis referat. Dat. Neap. die 23. Mens. Septemb. 1782.

T. A. SALERNITANUS C. M.

ECCELLENTISS. SIGNORE.

Vetus Comoedia apud Graecos & Romanos, tametsi lusibus & jocis homines oblectare videretur, vitia & flagitia omnia describebat, notabat, & vexabat. Atque ea ratio ad emendandos mores accommodatior esse existimabatur. Genus enim mortalium, qui pessimo utebantur ingenio, ut a noxia animum avocaret, facilius Cratinus, Eupolis, aut Aristophanes aliquis, quam publicus Cenfor absterrebat. Quocirca apud Socraticos Philosophos praeceptorum Comicoꝝ mos receptus fuit, ut facete dictis, quae vocabant *ἀποφθέρματα*, universa insectarentur facinora. Latinorum autem Comicoꝝ princeps fuit M. A. Plautus, qui optimum auctorem sequutus Siculum Epicharmum fabulas perscripsit suas. Ac, licet ipsius maleficii tanquam coloribus & penicillo faciem pingeret, tamen
osten-

ostendit uberrime in quem Populorum sermonem & vituperationem scelesti omnes venirent, & quam fraudem facerent, itidemque omnia mala persequutus est, quae eisdem manerent. Oratio praeterea ei fuit non illiberalis, petulans, flagitiosa, obscena, sed altera illa, quae elegans, urbana, ingeniosa, faceta a veteribus nuncupabatur; utut Horatius in invidiam perinde honestissimum scriptorem adduxerit, quasi nescivisset

. . . *inurbanum lepido seponere dicto,*

At licuerit Horatio sentire contra atque alii omnes censebant. Christianorum vero Patrum doctissimus sane & sapientissimus Hieronymus in litteris ad Eustochium scripsit, sibi eum fuisse morem, ut simul atque apud Deum peccatis illacrymare suis desisset, Plautum in manus sumeret: & in litteris ad Pammachium plautinam elegantiam cum lepore attico & Musarum incorrupto eloquio comparavit. Itaque, quo tempore in Bethlehem litterario praerat ludo, adolescentibus non modo Flaccum & Maronem, sed Plautum interpretabatur: quod a Ruffino memoriae proditum est. De ipso Plauto haecenus. Accedam ad italiam versionem, quam eruditissimus vir Nicolaus Angelius elaboravit. Jam pridem ab elegantiorum litterarum studiosis expetebatur, ut scriptor linguae latinae parens in italum sermonem converteretur. Audacissimum vero

&

& difficillimum negotium videbatur, ut apud Italicos invenirentur lepores & veneres, quae plautinis salibus congruerent, usuique essent ad expromendum facetissimi hominis ingenium. At ea res Angelio nostro processit ex sententia. Quinimo is tantam in verbis castitatem coluit, ut ipsius sermone verecundiores Musae locuturae fuissent, si italice loqui voluissent. Atque ad id ipsum animus mihi potissimum advertendus fuit. Timendum enim non erat, ne Plautus, vel qui Plautum convertit italice, ea disputare posset, quae sacris Majestatis Tuae juribus offendiculum & fraudem afferrent. Quantobrem e re humaniorum litterarum publica esse censeo, ut, si per Majestatis Tuae Numen liceat, Plautus in italiam linguam conversus neapolitanis typis edatur.

Devotissimus Cliens
Joan. Franciscus Confortius.

Die

Die 29. Mensis Novembris 1782. Neap.

Viso rescripto Suae Regalis Majestatis sub die 2. currentis mensis, & anni, ac relatione Magn. Doct. D. Francisci Confortii, de commissione Reverendi Regii Cappellani Majoris, ordine praefatae Regalis Majestatis.

Regalis Camera S. Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris; Verum non publicetur, nisi iterum reviso ab eodem Revisore, ab ipso affirmetur quod concordat servata forma Regalium ordinum, ac etiam in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum.

SALOMONIUS.

AVENA.

V. F. R. C.

Ill. Marchio Citus P. S. R. C., &c. Ill. Aularum Praefecti tempore subscriptionis impediti.

Reg. fol.

Carulli.

Athanasius.

Ad-

*Admodum Rev. Dom. D. Franciscus Rossi
S. Tb. P. reveideat, & in scriptis referat. Die
16. Novembris 1782.*

M. C. DE ANDREA VIC. CAP.

JOSEPH ROSSI CAN. DEP.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

PER ordine di V. E. Reverendiss. ho letto le venti Commedie di *M. Accio Plauto* *volgarizzate da D. Niccolò Eugenio Angelio*, col testo latino a dirimpetto, in cui non ho ritrovata cosa veruna, che possa offendere o la Religione, o il buon costume. Questa Opera è di gusto così squisito, che farà di grandissimo ornamento alla Letteratura Italiana, e recherà somma gloria all' Autore. Egli in questa versione siccome ha procurato di non allontanarsi affatto dall' Originale; così ha usata tanta grazia, e venustà nella Italiana favella, che ne' suoi Plautini fa comparire l' Attica urbanità, ed eleganza. Quindi sono di parere, che si possa dare alle stampe,

pe, se altrimenti non parerà a V. E. Reverendiss., di cui mi do l'onore di essere

Devotiss. ed Umiliss. Serv.
Francesco Rossi,

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur. Die 16. Novembris 1782.

JOSEPH ROSSI CAN. DEP.

I
A D L E C T O R E M .



PLAUTI COMOEDIAS quanti fe-
cerit antiquitas , amice Lector ,
& quo a nobis in pretio haben-
de sint , quum propter Latini
sermonis integritatem , tum ob
salium jocosumque abundantiam ,
e quibus non voluptas solum ,

at egregiæ quoque ad vitam colendam utilitates
in animos permanant , eruditum ignorare arbi-
tror neminem . Harum editionem , que memora-
tu certe digna sit , jam ab Aldi Manutii &
Juntarum etate (quum scilicet apud nostros
homines litterarum studia calerent , que postea
sensim refrigere) vix ullam Italia protulerat :
iccirco nos & nostræ gentis dignitati consulen-
dum , & ingenuorum adolescentium postulatio-
nibus obsequendum rati , hanc novam summo
labore curaque incredibili adornavimus : an ve-
ro tantis conatibus successus responderit , docti-
ces judicabunt . Operæ pretium nos fecisse dicet,
quicumque animadverterit , veteres editiones , si
que occurrunt , vitiosas plerumque lectiones præ-
se ferre , malaque interpungendi ratione omnino
laborare : nuper autem a Belgis procuratas , ut
reliquis emendatiores nitidioresque sint , non ta-

men ita ad amussim exactas esse, ut * non integris aliquando versibus careant; id quod nos accurata librorum collatione deprehendimus: pretii porro magnitudine homines discendi quidem cupidos, at pecunia non satis instructos ab emendo detertere. Friderici Taubmanni, cujus opera in castigando *PLAUTO* harum rerum peritis eximie probatur, auctoritatem secuti precipu sumus: at nihilominus Gronovianæ Editionis, quæ anno 1684. Amstelodami prodiit, Notasque Variorum, ut vocant, adjunctas habet, tum Londinensis, anni 1713. quæ in Collectione omnium Poetarum Latinorum principem locum obtinet, suffragia exquisivimus: utraque autem Taubmanni lectionibus fere assentitur. Verba denique vetustate obsoleta, de quorum obscuritate rudiores conqueri solent, in Indicem conjuncta diligenter explicavimus, ne quid te properantem, Lector candide, morari posset. Tu interim boni consule, fruire, ac vale.

DE

* In Editione Plautina Amstelodamensi cum Commentariis Variorum anni 1684. desunt versus sequentes:

Trigesimus quartus Scenæ V. Act. V. Menæchmorum.
 Quadragesimus septimus, & quadragesimus octavus
 Scenæ III. Act. II. Militis Gloriosi; cujus Comœdiæ
 Scenæ VI. ejusd. Act. versus quinquagesimus
 per incuriam repetitus.

Septimus Scenæ I. Act. III. ejusdem Fabulæ.

In Collectione Poetarum Latinorum Londinensi anni
 1713,

Deest versus quinquagesimus septimus Scenæ I. Actus
 III. Militis Gloriosi.

DE PLAUTO

ET EJUS SCRIPTIS

VETERUM AUCTORUM

TESTIMONIA.

Plautus ipse Bacchid. Act. 2. Sc. 2. v. 36.

Etiam Epidicum, quam ego Fabulam æque
 ac me ipsum amo,
 Nullam æque invitus specto, si agit Pellio.

Auctor Prologi in Casinam v. 11.

Nos postquam populi rumore intelleximus,
 Studiose expetere vos Plautinas Fabulas: &c.

Terentius in Prologo Andrie v. 18.

Qui cum hunc accusant, Nævium, Plautum,
 Ennium

Accusant: quos hic noster auctores habet:

Quorum æmulari exoptat negligentiam

Potius, quam istorum obscuram diligentiam.

Idem in Prologo Eunuchi v. 25.

Colacem esse Nævi & Plauti veterem Fabu-
 lam.

a 2

Idem

IV TESTIMONIA.

Idem in Prologo Adelpborum v. 6.

Synapothnescontes Diphili Comœdia est:
Eam *Commorientes* Plautus fecit Fabulam.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima Fabula. eum Plautus
locum
Reliquit integrum: eum hic locum sumsit sibi
In Adelpbos: verbum de verbo expressum
extulit.

*Varro Parmenone, apud Nonium, in Poscere,
id est accipere.*

In *Argumentis* Cæcilius poscit palmam, in
Ethesi Terentius, in *Sermonibus* Plautus.

Cicero lib. I. de Officiis.

Duplex omnino est jocandi genus; unum
illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum:
alterum elegans, urbanum, ingeniosum, face-
tum: quo genere non modo Plautus noster
& Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam
Philosophorum Socraticorum libri sunt re-
ferti.

Idem Tuscul. Quæst. lib. I.

Serius Poeticam nos accepimus: annis enim
fere

TESTIMONIA.

fere ccccx. post Romam conditam Livius Fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium, qui fuit major natu, quam Plautus & Nævius.

Idem lib. III. de Oratore, ex persona L. Crassi.

· Equidem cum audio focrum meam Læliam, (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quod multorum sermonis expertes & tenent semper, quæ prima didicerunt) eam sic audio, ut Plautum mihi aut Nævium videar audire.

*Idem lib. IV. de Republ. apud Augustinum
De Civ. lib. II. cap. IX.*

Sed Periclem, cum jam suæ civitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Nævius P. & Cn. Scipioni, Cæcilius M. Catoni maledicere.

Idem Catone Majore, ex ejusdem persona.

Quam gaudebat Bello suo Punico Nævius!
quam Truculento Plautus! quam Pseudolo!

*Idem Epistol. Famil. lib. IX. Epist. ad
Papium Pætum.*

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judi-
cium: & ut Servius frater tuus, quem li-
teratissimum fuisse judico, facile diceret: Hic
versus Plauti noi. est, hic est: quod tritas
haberet aures notandis generibus Poetarum,
& consuetudine legendi: sic audio Cæsarem,
c.

Horatius Epistolar. lib. II. Epist. I. v. 57.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epi-
charmi,

Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Hos ediscit, & hos arcto stipata teatro

Spætat Roma potens: habet hos, numerat-
que poetas

Ad nostrum tempus Livi scriptoris ab ævo.

c. v. 170.

. . . aspice, Plautus

Quo pacto partes tutetur amantis ephēbi,

Ut patris attenti, lenonis ut infidiosi.

*Volcatus Sedigitus, de Poetis Comicis, apud
Agellium lib. xv. cap. XXIV.*

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Pal-

TESTIMONIA: VI

Palmam Poetæ Comico cui deferant.
 Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi:
 Ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat.
 Cæcilio palmam Statio do Comico.
 Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
 Dein Nævius, qui fervet, pretium tertium est.
 Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
 Post insequi Licinium facio Attilium.
 In sexto sequitur hos loco Terentius.
 Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
 Nono loco esse facile facio Luscium.
 Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Plinius Natur. Hist. lib. XIV. cap. XIII.

Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ
 odore condita, ut apparet in Plauti Fabula,
 quæ *Perfa* inscribitur; quamquam in ea &
 calamum addi jubet. *Lege Perf. Act. I. Sc. 3.*
v. 8.

Idem lib. XIX. cap. XI.

Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum
 usque bellum, annis ab urbe condita MDLXXX.
 Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque
 id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gen-
 tium. *Artoptam* Plautus appellat in Fabula,
 quam *Aululariam* scripsit, (*Act. 2. Sc. 9. v. 4.*)
 magna ob id concertatione eruditorum, an is
 versus Poetæ sit illius; certumque sit Atteji

VIII TESTIMONIA.

Capitonis sententia tostum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos.

Plinius Junior Lib. I. Epist. XVI.

Legit mihi nuper epistolas, quas uxoris esse dicebat: Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.

Quintil. Inst. Orat. lib. IO. cap. I.

In Comœdia maxime claudicamus: licet Varro dicat, *Musas* (Luc. Aelii Stolonis sententia) *Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent.*

Agellius Noct. Att. Lib. I. cap. VII.

Plautus verborum Latinorum elegantissimus, in *Amphitruone* dixit: *Numero mihi in mentem fuit.*

Idem lib. III. cap. III.

Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti Comœdias curiose atque contente lectitaverunt, non indicibus Aelii, nec Seditigiti, nec Claudii, nec Aurelii, nec Accii, nec

TESTIMONIA: 12

nec Manilii, super his Fabulis, quæ dicuntur ambigua, credituros, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguæ ejus. hac enim judicii norma Varronem quoque esse usum videmus: nam præter illas unam & viginti, quæ *Varroniane* vocantur; quas iccirco a cæteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur; quasdam item alias probavit adductus stilo atque faceta sermonis Plauto congruentis: easque jam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit: sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen, *Bæotia*. nam cum in illis una & viginti non sit, & esse Aquilii dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret; neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos versus ex ea Fabula cognoverit: qui quoniam sunt, ut de illius more dicam, Plautinissimi, propterea & meminimus eos & adscripsimus. Parasitus ibi esuriens hæc dicit:

*Ut illum dî perdant, primus qui horas
repperit, &c.*

Favorinus quoque noster, cum *Nervolariam* Plauti legerem, quæ inter incertas est habitata, & audisset ex ea Comœdia versum hunc,
Strateæ, scrupedæ, strativolæ, sordidæ:
delectatus faceta verborum antiquitate, metreticum vitia atque deformitates significatium;

tium: Vel unus hercle, inquit, hic versus Plauti esse hanc Fabulam satis potest fidei fecisse. Nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus *Fretum* (nomen est id Comœdiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quidquam dubitavimus, quin Plauti foret, & omnium maxime genuina; ex qua duos hos versus exscripsimus, ut historiam quæreremus Oraculi arietini:

. . . *Nunc illud est,*

Quod arietinum responsum Magnis Ludis dicitur:

Peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo.

Marcus autem Varro in libro De Comœdiis Plautinis primo verba hæc ponit: *Nam nec Gemini, nec Lenones; nec Condalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Bœotia unquam fuit, neque adeo Ἀγροίκος, neque Commorientes; sed M. Acutici.* In eodem libro Varronis id quoque scriptum est, Plautium fuisse quempiam Poetam Comœdiarum: cujus quoniam Fabulæ Plauti inscriptæ forent, acceptas esse quasi Plautinas: cum essent non a Plauto Plautinæ; sed a Plautio Plautianæ. Feruntur autem sub Plauti nomine circiter centum atque triginta. Sed homo eruditissimus L. Aelius quinque & viginti esse ejus solas existimavit: non tamen dubium est, quin istæ, & quæ scriptæ a Plauto non videntur, & nomini ejus addicuntur, veterum Poetarum fue-

TESTIMONIA. xi

fuerint, & ab eo retractatæ & expolitæ sint : ac propterea respiciant dictum Plautinum. Sed enim *Saturionem* & *Additum* & tertiam quamdam, cujus nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro, & plerique alii memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum Scenicorum pepere- rat, in mercationibus perdita, inops Romam rediisset ; & ob quærendum victum ad cir- cumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Sicut de Nævio quo- que accepimus, Fabulas eum in carcere duas scripsisse, *Hariolum* & *Leontem*, &c.

Idem lib. VII. cap. XVII.

Plautus, homo linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps.

Idem Agellius lib. XVII. cap. XXI.

Ac deinde annis fere post quindecim, bel- lum adversus Pœnos sumtum est : atque non nimium longe M. Cato Orator in civitate, & Plautus Poeta in Scena floruerunt.

Idem lib. XIX. cap. IIX.

Quando Plautus, linguæ Latinæ decus, *de- liciam* quoque *inimicis* dixerit, pro deliciis.
Mea,

XII TESTIMONIA.

Mea, inquit, voluptas, mea delicia.

Macrobius Satur. lib. II. cap. I.

Et jam primum animadverto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum & Oratorem Tullium: eos ambos etiam ad jocosum venustatem ceteris præstiffisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem ejus Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de jocosum copia noscerentur.

D. Hieronymus in Epist. ad Pammachium.

Hæc est Plautina elegantia, hic lepos Atticus, & Musarum, ut dicunt, eloquio comparandus.

Idem Epist. ad Pammach. De opt. genere interpretandi.

Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres Comicos interpretati sunt. Numquid hærent in verbis, ac non decorem magis & elegantiam in translatione conservant, quam veritatem interpretationis?

Idem, ad Eustochium, de custodia Virginitatis.

Itaque miser ego lecturus Tullium jejuna-
bam.

TESTIMONIA: XIII

bam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.

Idem, adversus Ruffinum.

Audio præterea te quædam de epistola mea philosophice carpere, & hominem rugosæ frontis adductique supercilii Plautino in me sale ludere, eo quod Barrabam Judæum dixerim præceptorem meum.

Idem, in Eusebii Chronico.

Olymp. CXLV. Plautus ex Umbria Sarfinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuaris pistori se locaverat. ibi, quoties ab opere vacasset, scribere Fabulas solitus & vendere.

Ruffinus, in D. Hieronymum.

Cum ad hæc omnia, quæ supra diximus; etiam illud addatur, ubi cessat omne commentum, quod in monasterio positus in Bethlehem ante non multo tempore partes Grammaticas exsecutus sit, & Maronem suum, Comicosque ac Lyricos & Historicos auctores traditis sibi ad discendum Dei timorem pueris exponerat.

Qui-

XIV TESTIMONIA.

Quinam isti Comici sint, paullo post exprimit.

Quæro, si vel Flaccus tuus, aut Maro, si Plautus Comicus, aut Terentius certe, si aut Satyricus quis, &c.

Idem ibidem.

Sic, dum totus Plautinæ & Tullianæ cupis eloquentiæ sectator videri, oblitus es, quomodo Apostolus omnem Ecclesiam &c.

D. Hieronymus adversus Ruffinum.

Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium & Sallustium Commentarios, Vulcatii in Oraciones Ciceronis, Victorini in Dialogos ejus, & in Terentii Comœdias Præceptoris mei Donati, æque in Virgilium; & aliorum in alios, Plautum, Lucretium, Flaccum, Persium atque Lucanum. Argue Interpretes eorum, quare non unam interpretationem sequuti sint, & in eadem re quid vel sibi vel aliis videatur, enumerent.

*D. Aurel. August. lib. 2. cap. 12.
De Civitate Dei.*

Indignum videlicet fuit, ut Plautus aut
Næ-

TESTIMONIA: xv

Nævius Publico & Cnæo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni malediceret: & dignum fuit, ut Terentius vester flagitio Jovis Opt, adolescentium nequitiam concitaret.

C. Sollius Sidon. Apollinaris Paneg. ad Anthemium Augustum.

Qua Crispus brevitatem placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus!

Idem Carmine XXIII,

Et te, tempore qui fatus severo
Grajos, Plaute, sales lepore transis.

Donatus in Terentium, Andr. Prolog. v. 18.

In singulis magna emphasis auctoritatis: Sed ordo non est servatus. Ennius namque ante Plautum fuit. Sed quod est summæ auctoritatis, Ennium ultimum dixit.

Servius Honoratus ad I. Aeneid.

De numero librorum nulla hic quæstio est: licet in aliis inveniatur auctoribus. nam Plautum alii dicunt scripsisse Fabulas viginti unam, alii quadraginta, alii centum.

JOAN-

JOANNIS ALBERTI FABRICII

Bibliotheca Latinae

LIBRI I. CAPUT I.

DE M. ACCIO PLAUTO.

Plauti aetas. 1. Comœdiæ quæ exstant. 2. Vidularia unica desideratur ex illis XXI. quas omnium consensu Plauto tributas Varro esse scripsit. 3. Poetæ quorum dramata ad Plautum a nonnullis relata. 4. Comœdiæ deperditæ quæ a Veteribus sub Plauti nomine laudantur. 5. Grammaticorum Veterum Scripta in Plautum deperdita. 6. Acrosticha Plauti Comœdiis quæ exstant premissa. 7. Plauti Editiones. 8. Varia scripta eruditorum Virorum Plauto lucem afferentia. 9. Querolus supposita Plauto. 10. Philodoxios. 11.

I. M. ACCIUS a pedum planitie five πλατύσπιτι initio Plotus, postea PLAUTUS (a) est dictus, patria Sarfinas ex Umbria, lepidissimus Poeta Comicus. A temporibus belli Punici secundi floruit, ingenio magis dives quam

(a) *Festus in Ploti.*

TESTIMONIA. xvii

quam opibus, ita ut ad molas manuaras (b) se locare coactus sit pistori. Fatis concessit Romæ, cum Terentius vix novennis esset Anno V. C. DLXX. (c) ante CHRISTUM natum CLXXXIV. P. Claudio & L. Porcio COSS.

II. Exstant ex ipsius Comædiis, quarum CXXX. ætate A. Gellii sub Plauti nomine circumferebantur, ut ipse auctor est libro & capite tertio Noctium Atticarum, hæc *vigin-ti*, ordine fere litterarum a Grammaticis digestæ, ad evolvendi, ut credibile est, facilitatem.

1. *Amphitruo*, in qua post actus IV. scenam
2. inserti sunt a recentiore manu versus CLXXXII.
2. *Asinaria* ex *ἀνάγνη* Demophili Comici Græci expressa.
3. *Aulularia* sic dicta ab aulula sive olla Euclionis. Extremam hujus dramatis partem
Tom. I. b sup-

(b) Hieron. Chronico, & Gellius III. 3. qui e Varro-ne refert binas illum fabulas *Satyrionem* & *Addictum* & tertiam cujus nomen non adscripsit, in pistri-no composuisse. Apud Minucium quoque Felicem c. 14. Plautinæ prolapix hominem pro pistore poni observant Viri docti. Utrum vero, quod in trusatili mola aino-rum veluti vicem gesserit Plautus in pistrinis versati-libus molentium, ideo Asinii cognomento veniat in qui-busdam libris, in medio relinquo.

(c) Cicero Bruto c. 15. Apud Vossium de Poetis La-tinis, etiam in nova Operum editione in fol. perperam excusus Urbis annus CIO. LXXV.

XVIII TESTIMONIA.

supplevit & adtexuit *Antonius Codrus Urceus*, Professor Bononiensis, qui clarebat sub Sigismundo & Friderico III. Impp. Aliud brevius supplementum legitur in editione Plauti Lugdunensi quam dedit Gryphius, in Colonienfi Gyberti Longolii, tum in Pareana & aliis recentioribus. Alia denique ex ingenio adornarunt Joach. Camerarius & Georgius Reimannus Leibschütz. Jamque olim Plauti Aululariæ alienos versus insertos fuisse colligas e Plinii XVIII. 1. Aululariam seorsim illustravere Steph. Riccius, Mauritius Sydelius &c.

4. *Captivi*, de qua Comædia sua Auctor ipse, Prologo:

Non pertractate facta est, neque item ut ceteræ:

Neque spurcidici insunt versus immemorabiles.

Et in calce dramatis:

Spectatores, ad pudicos mores facta hæc fabula est.

Hujusmodi paucas Poetæ reperiunt Comædias,

Ubi boni meliores fiant. . . ,

5. *Curculio*, quod est nomen parasiti, impositum a verme qui frumentum exedit, unde jocus Ausonii Epist. XXII. *Tota illa familia hominis litterati non ad Ciceronis frumentariam (3. in Verrem,) sed ad Cur-*

culionem Plauti pertinebit.

6. *Casina*, pro quo nomine *Canissam* malebat Sam. Petitus II. 19. Misc. sed infelici conjectura, ut docuit Sam. Bochartus parte I. Hierozoici II. 55. Vide etiam si placet Guil. Canterum VII. 22. Nov. lect. Johannes Meursius in mantissa ad librum de luxu Romanorum cap. 17. *Casinam* dictam coniicit a *casu* sive sorte, translata enim est de Græco Diphili dramate quod inscribatur *κληρούμενοι*, sive sortientes. Festo in *remilignes* hæc Plauti fabula laudari videtur sub titulo *Patine* sive *Patinariæ*. Confer *Casinam* IV. 3. 7.

7. *Cistellaria*.

8. *Epidicus*, auctori suo præ ceteris probata. Vide *Bacchides* II. 2. 36. Hanc separatim illustravit Andreas Wilckius. Erfurt. 1604. 8.

9. *Chrysalus* sive *Bacchides*. Prologus ac scenæ primæ initium a Lascari repertum est Messinæ in Sicilia, ab aliquibus tribuitur Francisco Petrarchæ. Exstat in editione Plauti Longoliana Colonienfi, atque inde in aliis.

10. *Phasma* sive *Mostellaria*, sic dicta a *mostella* sive monstro ædes infestante.

11. *Menæchmus*, cujus Dramatis uti Pœnoli quoque Italicam translationem vidi editam Venetiis 1526. 8.

12. *Pyrgopolinices* sive *Miles gloriosus*.

13. *Mercator*, translata ex *ἐμπόρη* Philemonis Comici Græci. In hac quoque post Actus IV. scenam quintam bene multi versus adfuti sunt a recentiore manu, necnon & versus undecim præmissi scenæ III. Actus V.
14. *Pseudolus*. Cicero Catone Majore c. 14. *Quam gaudebat bello suo Punico Nevius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo!*
15. *Pænolus*, qui & *Patrius*, & *Phagon*. Punicæ in hoc dramate occurrentia, quæ parum a puritate Hebraismi abesse affirmat Josephus Scaliger Epist. CCCLXII. & Hebraicis litteris in sua Plauti editione descripsit Pareus, illustrarunt Josephus Scaliger ad fragmenta Græcorum p. 32. Salmatius Epist. XVIII. Thom. Reinesius de lingua Punicæ c. XII. Sed maxime Sam. Peritius lib. II. Misc. c. 1. 2. 3. eoque feliciter Bochartus II. 6. Chanaan, & Jo. Clericus Vir Cl. Tomo IX. Bibl. Universalis p. 256. qui rhythmos esse docet, quos subodoratus quoque fuerat Jo. Seldenus prolegom. de Diis Syris cap. 2. Vide præterea si lubet Hugonem Grotium Epistola CVI. ad Gallos (collectionis majoris CCLVIII.) Brianum Waltonum apparatu ad Biblia Polyglotta prolegom. II. num. 6. seq. Stephanum le Moyne ad varia Sacra p. 112. Jo. Cristoph. Wagenfeilium in telis igneis Sathanæ retusis p. 411. Jo. Braunium Virum Cl.

TESTIMONIA: XXI

Cl. in selectis sacris p. 484. & Valentini Ernestum Lœscherum de causis linguæ Hebrææ p. 31.

Post actus postremi scenam sextam Jo. Sambucus e MSto Codice aliam subjunxit, quam in manu exaratis libris reperit etiam Justus Lipsius V. 19. Antiqu. Lect.

16. *Persa*.

17. *Rudens*, quo titulo perinde ut *Trinummus* & *Truculentus* non expleri indicationem argumenti disputat Julius Cæsar Scaliger p. 766. *Poetices*.

18. *Stichus*. In hac fabula leguntur loca bina quæ e *Nervolaria* Plauti producit Festus in *Nasiterna* & *Osculana*: fortasse quod Plautus similes versus in diversis quandoque adhibuit Comædiis. Sane quæ e *Nervolaria* tum apud Festum tum apud alios plura leguntur, in *Sticho* frustra quæras.

19. *Trinummus*, quam separatim illustravit in Plauto Philologo Critico *Henningus Succovius*. Julio Cæsare Scaligero iudice rectius fecisset Plautus, si *Tthesaurum* inscripisset.

20. *Truculentus*, ceteris depravatio hodie existat, etsi ut supra in *Pseudolo* dixi Plauto ipsi hoc drama suum mire placuit.

III. Ætatem igitur tulerunt (præter unam *Vidulariam*) Comædiæ Plauti *Varronianæ* omnes, sive XXI. illæ quas *Varro in libris de Comædiis Plautinis* consensu omnium pro genui-

xxii TESTIMONIA.

nuinis habuit teste Gellio III. 3. Vidularia quoque exstitit olim in antiquissimis membranarum Palatinis, in quibus ejus titulum post Truculentum observarunt Viri docti, sed fabula ipsa desiderabatur, quam plus simplici vice in testimonium citant Nonius, Priscianus & alii.

IV. Post mortem Plauti, ejus Comœdiarum quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de jocosum copia cognitæ sunt, ut narrat Macrobius lib. 2. Saturnal. c. 1. Aliarum Plauti passim tributarum auctores fuere M. Aquilius quidam, vel M. Accius, sive Acutius, vel Plautius (d) sive Plotius, vel denique Turpilius.

V. Nomina deperditarum Comœdiarum sub Plauti nomine hæc apud veteres Grammaticos observata sunt Viris doctis, Georgio Fabricio præcipue, Taubmanno ac Pareo, qui fragmenta Plauti collegerunt: 1. *Acaristio*, pro quo alii apud Nonium legunt *ἀχαριστίου Studium*. 2. *Abroicus*, al. Ambroicus vel Agroicus, *ἀβροϊκῶν*. 3. *Addictus*. 4. *Anus*. 5. *Artemon*. 6. *Astraba* sive *Clitellaria*. 7. *Baccharia*. 8. *Bis compressa*. 9. *Bœotia*. 10. *Cacistus*.

(d) Gellius III. 3. e Varrone refert Plautium fuisse quempiam Poetam Comœdiarum, cujus quoniam fabulæ Plauti inscriptæ forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plautto Plautinæ, sed a Plautio Plautinæ.

TESTIMONIA. XXIII

stus. 11. *Calceolus*. 12. *Carbonaria*. *Clitellaria* (supra *Astraba*.) 13. *Cæcus* sive *Prædones*. 14. *Colax*. 15. *Commorientes* e *Diphili* fabula, cui titulus συναποθνήσκοντες, expressa teste in *Adelphis* Terentio. 16. *Condaliium* e *Menandri* δακτυλίω. 17. *Cornicularia*. 18. *Dyscolus*. 19. *Fœæeratrix*. 20. *Fretum*. 21. *Fri-volaria*. 22. *Fugitivi*. 23. *Gastron*, aliis *Res-tio* vel *Gestio*, vel *Questio* denique. 24. *Hortulus*. 25. *Leones* (al. *lenones*) gemini. 26. *Lipargus*, sive *Parasitus piger*. 27. *Medicus parasitus*. 28. *Mæchus*. 29. *Nervolaria*. *Prædones*, (supra *Cæcus*.) 30. *Plocinus*, al. *Plociona*, πλοκίωνης, stuparum institor. 31. *Satyrio*. 32. *Scytha lithurgus*, ex *Antiphontis* Σκυθη. 33. *Syrus*. 34. *Trigemini*. 35. *Vidularia*.

VI. *Plautum* olim illustraverunt *Grammatici veteres Aruntius Celsus*, *Flavius Caper* & *L. Sisenna*. Indices super fabulis *Plautinis* scriptos a *Vulcatio Sedigito*, & *L. Aelio*, *Claudio* quodam, itemque *Accio* & *Aurelio*, *Manilioque* memorat *Gellius*: *Varronis* librum secundum *Plautinarum* quæstionum *Diomedes*. Sed horum omnium labores pridem interciderunt.

VII. *Acrosticha* sive versus nomina singulorum dramatum primis litteris indicantes, eorumque argumentum complexi, qui in codicibus & editionibus *Plauti* ante singulas fa-

XXIV TESTIMONIA.

bulas leguntur, *Prisciano* nonnulli tribuunt, alii e stylo colligunt illa vel ipsius esse Plauti, vel alterius prope æqualis, ut visum *Bocharto* T. I. Hierozoici p. 664.

VIII. Plauti Comœdiæ XX. primum prodire Venetiis Anno 1472. fol. cura *Georgii Merule* Alexandrini, quem singularis studii ergo laude dignum, negligentiae ac sexcentorum errorum arguit *Cornelius Vitellius* Corinthius. Hinc ut omittam editiones *Tarvisinam* & *Daventriensem* Anni 1482. & *Brixiensem* cum *Commentario Bernb. Saraceni*, quam procuravit *Simon Papiensis*: Venetasque cum *commentario ejusdem Saraceni* & *Jo. Petri Vallæ* 1499. 1511. fol. & *Ulmensem* A. 1499. Plautus cum *commentariis Jo. Baptistæ Pii* prodiit *Mediolan.* 1500. fol. & cum *Burhardi Pyladis Brixiani*, &c. *Thaddæi Ugoleti* *commentario Parmæ* 1511. fol. Præterea cum *notis Saraceni, Vallæ, Pii, Pyladis, Ugoleti* & *Francisci Marii Grapaldi*, additis iconibus quibusdam ligno incisis, Venet. 1518. fol.

Commemorandæ porro veniunt editiones *Argentinenſis*, curante *Mulingo*, quam laudat *Taubmannus*.

Lipsienſis singularum Plauti Comœdiarum Anno 1506. 1511. 1512. &c. fol.

Parisenſis, Simonis Carpentarii A. 1513. 8.

Florentinæ, Philippi Juntæ, A. 1514. & 1522.

8. cura *Nicolai Angeli Buccinenſis* recensita.

TESTIMONIA. xxv

- ta. Exstat & editio Florentina, A. 1554. 8.
Aldina, Venet. 1522. 4.
 Lugdunenses apud *Grypbium*, 1535. 1540. 8.
 1554. 16.
 Parisiensis apud *Rob. Stephanum*, exemplariis
 bus viginti invicem collatis, A. 1535, fol.
 Colonienfis *Gyberti Longolii* Ultrajectini, 1538.
 8. apud Joannem Gymnicum. Prodierant
 etiam Comœdiæ Plauti selectiores cum no-
 tis Longolii Paris. 1530. 4.
Joachimi Camerarii, qui membranis antiquissi-
 mis Palatinæ postea illatis atque inde ite-
 rum ereptis Bibliothecæ usus, plurima re-
 stituit, & quinque primum Comœdias re-
 censuit, Anno 1545. 8. deinde totum Plau-
 tum, A. 1551. & 1558. 8. Basileæ apud
 Hervag. cum fragmentis a *Georgio Fabri-
 cio* collectis, & præfixa ejusdem Camerarii
 de Carminibus Comicis dissertatione.
Plantiniana cum castigationibus ejusdem Ca-
 merarii, *Cœlii Secundi Curionis*, *Jo. Sam-
 buci*, *Adr. Turnebi*, *Adriani Junii*, *Caroli
 Langii* & aliorum, Antvverp. 1566. 12.
 Genev. 1581. 1587.
Basileensis Hervagiana Anno 1568. 8. in qua
 præter castigationes jam memoratas Viro-
 rum doctorum & *Caroli Langii* lectiones
 in Plautum occurrit *Andreae Alciati* Me-
 diolanensis de Plautinorum Carminum ratio-
 ne libellus, & *Lexicon Plautinum*.

XXVI TESTIMONIA.

- Basileensis, Andreae Cratandri, Anno 1573. 8.*
 Lambinianæ cum commentariis insignibus *Dionysii Lambini*, Paris. 1577. 1587. fol. Col. 1578. Genev. 1595. 1605. 1622. 4.
 Plautus ex recensione Lambini, Heidelberg. A. 1581. 8.
- Plautus ex recensione *Jani Douſæ* filii, cum brevibus ejus animadversionibus, Antvverp. 1589. Lugd. Bat. 1595. Francof. 1610. 12.
- Ex recensione & cum præfatione *Augusti Buchneri*, Witteb. 1640. 12. 1652. 1659. &c. Præfationem in posterioribus Plauti editionibus omiffam queritur Tho. Crenius Vir Clar. parte 2. Animadv. p. 2. De editione ipsa non præclare sentit Jo. Frid. Gronovius præf. ad Plautum.
- Jo. Passeratii Commentaria in Plautum laudata Adriano Bailleto nusquam terrarum neque typis exscripta neque manu exarata comparuisse affirmat *Ægidius Menagius* T. 2. Anti-Bailleti p. 158. At in *Philippi Labbei Bibliotheca nova MSS.* p. 371. memorari video Passeratii Commentaria in Plauti *Militem, Casinam & Mostellariam.*
- E recensione *Jo. Isaaci Pontani* Plautus prodiit Amstel. 1650. forma minore,
- Præstantissimæ ad intelligendum hunc Comicum sunt editiones *Taubmannianæ*, quarum prima Francof. 1605. altera 1612. cum secundis *Frid. Taubmanni* curis, tertia post il.

TESTIMONIA. xxvii

illius obitum (vita enim excessit Wittebergæ A. 1613. IX. Cal. April.) accedente eximii viri Jani Gruteri, sed variis investivis (e) in Jo. Philippum Pareum molesti, industria A. 1621. 4. Hæ editiones licet non usquequaque sunt emendatissimæ, primæ enim se ideo pudere scribit Taubmannus in litteris ad Godofr. Jungermannum datis prid. Cal. Septembr. A. 1606. & tertiam hoc nomine reprehendit Jo. Clericus Vir Cl. T. 3. Bibli. selectæ p. 364. seq. tamen contextum pluribus locis exhibent meliorem, ac præter luculentos commentarios, omnium quiqui ante Plauto manus admoverant industriam delibantes ac vincentes, fragmenta ex amissis Plauti Comædiis post G. Fabricium diligentius collecta, tum hypobolimæa seorsim ad calcem conjecta notisque illustrata exhibent. Eadem fragmenta deinceps subjuncta sunt Plauto cum Indice phrasium excuso Cothenis Anno 1620. 8. tum editionibus Plauti eximiiis

(e) Hæ totis plaustis etiam in Pareum effunduntur a Gruterio in Epistola monitoria sub Christophori Pflugii typographiæ Schurevianæ præfetti nomine edita, tum in *εντυλιχ* Erfordiana & in Eustachii SU. P. Asini Cumanii fratercula e Plauti electis electo. Respondit Pareus non minus acerbe in provocacione ad senatum Criticum pro Plauto, & in *Αναλεκτῶν* Plautinis, quæ thesawo sive *Faci Artium Gruterianæ* tomi septimi instar maligne subjuncta sunt.

XXVIII TESTIMONIA:

miis quas magno studio adornavit *Jo. Philippus Pareus* Francof. 1610. 8. Neapoli Nemetum sive Spiræ 1619. 4. & Francof. 1641. 8. tum illis quas cum variorum notis vulgarunt Lugduni Batavorum *M. Zuerius Boxbornius*, A. 1645. 8. a *Nic. Heinio* exemplar manu *Josephi Scaligeri* notatum nactus, & Anno 1664. 1684. 8. *Jo. Frid. Gronovius* e sex Codd. MSS. atque ex fagaci ingenio non paucis Plauti locis novam lucem fœneratus.

In usum serenissimi Galliæ Delphini Plautus editus est a *Jacobo Operario* Constantiensi Presbytero, & Domus de charitate S. Mariæ Provifore Paris. 1679. 4. duobus Voluminibus, cum interpretatione sive paraphrasi & notis, omniumque (f) Indice Vocabulorum, quod ne sæpius monere necesse sit, semel annotasse sufficiat ita adornatas esse omnes auctorum editiones quas moderantibus *Carolo San-*

(f) Multi reprehenderunt, quod in Indicibus hisce laboriosis sane ac perutilibus nulla tamen phrasium ratio habita est neque acceptionis variae vocabulorum, ut laudatissimo studio factum est in Indicibus *Matthiæ Berneggerii*, *Jo. Freisheimii* &c. sed hæc simplicia & nuda modo exhibentur, atque parum utilis sive superstitiosa potius diligentia jaçtatur in ejusmodi qualia nemo sanus requisierit, uti sunt &, est, qui &c. Præterea quod librariorum vitio numeri interdum perperam positi, vocabulaque omiffa, ut in *Plauto ipso* annotavit *Tho. Crenius* T. V. *Animadvers.* p. 197.

TESTIMONIA. xxix

Sanctamauræo Montauserii Duce, Jacobo Benigno Bossueto (g) Episcopo Condomensi atque inde Meldensi, & Petro Daniele Huetio Episcopo hodie Abrincensi doctrinæ & ingenii laude illustrissimo, in Delphini usum Gallici vulgarunt.

Prodiit etiam Plautus cum variis lectionibus in Corpore Poetarum Latinorum Genev. 1603. 1611. 4. & ex *Francisci Guetii* Critici severissimi recognitione, addita Gallica interpretatione profaria *Michaelis Marolleii* Paris. 1658. 8. Ab eo tempore *Anna T. Fabri* filia quaedam Plauti Comœdias, Amphitruonem puta, Rudentem atque Epidicum nova veste eleganti Gallica induit, notisque & dramatum ad leges theatri examine illustravit, Paris. 1683. Amst. 1691. 12. tribus Voluminibus. Hæc Plautum Terentio ita notat præstare ingenio & inventione atque apparatu, ut Terentius vincit arte & dictionis elegantia.

IX. Præterea Plauti Comœdiis lucem attulere *Justus Lipsius* (h) in *Antiquarum Lectione*.

(g) *Diem obiit supremum An. 1704. 12. Aprilis, ætat. 78. Vide Ephemerides Parisenses ejus anni pag. 905. seq. edit. Amstelod.*

(h) *Is Lipsius cum Eloquentiam publice doceret in Academia Jenensi, his verbis solebat studiosæ juventuti lectionem Plauti commendare, ut video a quodam ejus auditore annotatum: Diligenter legite Plautum, plus*

tionum libris quinque, usus quatuor Codd. MSS. *Hermannus Buschius* in decimationibus Plautinis: *Janus Mellerius Palmerius* in spicilegiis, Tom. V. Facis Artium Gruterianæ. *Janus Guilielmus* in quæstionibus Plautinis, Paris. 1583. 8. & jam dictæ Facis Artium Tom. III. *Janus Doufa*, Pater, in Centuriato sive Plautinarum explanationum libris IV. Lugd. Bat. 1587. 12. Francof. 1600. 12. *Janus Gruterus* in IX. libris suspicionum, Witteberg. 1591. 8. *Caspar Scioppius* in suspectarum lectionum libris V. quibus amplius ducentis locis Plautus castigatur & illustratur, Norim. 1597. 8. *Jo. Meursius* in Curis Plautinis, sive parte priorè Exercitationum Criticarum, Lugd. Bat. 1598. 8. *Valens Acidalius* in libris viginti divinationum & interpretationum Plautinarum, Francof. 1607. 8. & Tomo VI. Facis Artium Gruterianæ. *Franciscus Dissaldeus* in animadversionibus ad Plautum, Salmur. 1611. 8. *Jo. Philippi Parei* Lexicon Plautinum editum Hanovix 1634. 8.

plus est doctrinæ in Plauto quam in Terentio, nihil potest utilius legi post Ciceronem, hic est, qui proprietatem qui puritatem suppeditat, qui urbanitatem, jocos, sales & eam Atticorum Venerem quam frustra in reliquo Latio quæras. Norunt tamen studiosi fugiendos esse in illo Comico non minus pusidos quosdam & obscænos sales, quam obscæta verba, quæ longe plura e deperditis quoque Plautinis Comædiis annotarunt *Fulgentius Planciades*, *Nonius*, *Festus*.

TESTIMONIA. XXXI

8. Eiusdem Calligraphia Plautina, Commentarius de metris Plautinis, de imitatione Plauti Terentiana, de vita & scriptis Plauti dissertatio. Electa denique & analecta Plautina, ut animadversiones quas Clarissimus vir Petrus Franciscus ineditas habuit omittam. Analectis in Tomo VII. Facis Artium subjiciuntur *Jo. Brantii* breves notæ in Plautum, *Georgii Reiteri* censura in aliquot loca Plauti, & variæ lectiones e tribus Caroli Langii Codicibus MSS. Videndus quoque in varia Plauti loca *Octavius Ferrarius* vir doctissimus lib. II. electorum cap. 27. seq. *Simonis Ulrici Pistoris* animadversiones in Plautum affectæ, lucem opinor haud viderunt, laudatæ & inspectæ Taubmanno. *Henrici Stephani* dissertatio de Plauti latinitate, ejusdem libello de latinitate falso suspecta subjicitur Paris. 1578. 8. *Franciscus Floridus Sabinus* in dissertatione adversus calumniatores Plauti, vulgata Basil. 1540. atque in editione Plauti Pareana, & *Benedictus Florettus* in Apologia pro Plauto, quam ex Hetrusco Idiomate vertit latine Janus Panelius, Middelburgensis, & Philippus Pareus edidit additam commentario ejus de particulis latinæ linguæ A. 1647. 12. Hi Plautum extollunt contra judicium (i) Volcatii

Se-

(i) *Sedigitus* apud Gellium XV. 24. *Horatius* in *Arte Poet.* v. 270. seq. Confer si placet G. Jo. Vossium II. 23. *Institut. Poet.* & *Franciscum Vavassorem* de *Judicra dictione* p. 160. seq.

XXXII TESTIMONIA.

Sedigiti, Horatiique probatum Danieli Hein-
sio in diff. quæ Terentii quibusdam editioni-
bus præmitti solet. Tuetur etiam Plautum
H. Stephanus adversus Naugerium in diff. de
Criticis p. 16. seq. & 27. . . 34.

Georgii Cassandri sententiæ selectiores ex
Plautinis Comædiis, una cum scholiis in lo-
ca obscuriora prodire Gandavi 1536. 8. ut
omittam *Georgii Fabricii* e Plauto & Teren-
tio collectas sententias, *Reineri Neubusii* ele-
cta Plautina ac Terentiana, *Christophori Vla-*
deraccii flores Plauti, *Bernhardi Heupoldi* Plau-
tum redivivum, sive sententias e Plauto ex-
cerptas, &c.

Non inutilis labor eloquentiæ studiosis of-
fertur in *Augustini Gambarelli* libello quem
inscripsit: Opposita sive Antitheta e Plauto,
Terentio & Cicerone, Mediol. 1606. 4.

Denique *Caspar Sagittarius* Anno 1671. 8.
Altenburgi edidit diatribam de vita ac scri-
ptis Plauti, Terentii ac Ciceronis, in qua
memorat nonnulla a me ante omissa, ut Læ-
lii Patavini notas in Aululariam, Epidicum,
Bacchides, Mostellariam & Pseudolum: Lo-
devei Odeberti Eduensis in Amphitruonem,
Hafenmulleri in Aululariam &c.

X. Joannes Philippus Pareus editioni suæ
Plauti præclaræ quam Neapoli Nemetum pro-
diisse dixi Anno 1619. 4. subjecit antiquam

TESTIMONIA. xxxiii

Comœdiam (k) quæ inscribitur *Querolus sive Aulularia*, diveria ab *Aulularia* quam inter Plautinas jam posui. Hæc primum in lucem prolata est a *Petro Daniele* Parif. 1564. 8. apud Rob. Stephanum: hinc prodiit cum notis ejusdem Danielis, *Conradi Rittersbusii* & *Jani Gruteri*, adjecta ejusdem argumenti *Aulularia* quam elegis pridem descripsit Gallus quidam Blesensis, *Vitalis* nomine, sub initia sæculi XIV. a CHRISTO nato clarus. Heidelbergæ apud Commelin. 1595. 8. Et si vero *Querolus* illa in MSto antiquissimo Palatino ad Plautum refertur, sub Plauti quoque nomine allegatur a Servio in III. *Æneid.* p. 279. edit. P. Danielis, Jo. Sarisberienfi II. 2. Policratici & Luitprando de rebus per Europam gestis I. 3. unde Plauto alicui juniori tribuitur a Casp. Barthio XLIV. 13. 14. *Adversariorum*: M. Accii Plauti certe minime est, quoniam auctor ipse in prologo hanc fabulam *investigatam Plauti per vestigia* profitetur, & pag. 34. locum profert e Ciceronis Oratione pro Sex. Roscio Amerino. Quemcumque vero parentem agnoscit, exploratum

Tom. I.

c

vi-

(k) *Scripta est sermone Poetico non tamen accurata certaque pedum ratione observata, unde clodo pede incedere se affirmat in prologo, ad quem vide sis notas Petri Danielis. Recte igitur drama profaicum vocat G. Jo. Vossius c. 2. de natura Poeticæ, & fabulam profanam Tho. Reinesius p. 175. Epist. ad Besium.*

videtur vel e Servii testimonio, Imp. Theodosij saltem junioris tempora sive antecedere sive æquare; quomobrem *Rutili m* cui hoc drama Auctor inscripsit, viri docti (1) haud putant diversum esse a Claudio Rutilio scriptore Itinerarii, de quo infra suo loco. Non me fugit quidem a Pareo & aliis auctorem hujus *Queroli* existimari *Gildam Badonicum*, qui post medium sæculi a CHRISTO nato sexti floruit. Ita sane vir insignis Jo. Fredericus Gronovius IV. 18. de festertis, scriptorem hujus dramatis appellans *Gildam, Anacharsin Britannicæ*. Sed vereor ne ansam huic sententiæ parum verisimili dederit toto cælo diversa ab hoc dramate Epistola *Gildæ Sapientis* de excidio Britannicæ & Castigatio ordinis Ecclesiastici, quæ *liber Querulus* inscribitur in Codd. MSS.

XI. Josias Simlerus in Bibl. affirmat Achillem Statium habuisse Comœdiam Plauti ineditam *Philodoxium*. Sed non magis Plauti est hoc drama quam alterius Comici veteris *Lepidi*, sub cujus nomine illud Lucae Anno 1583. 8. edidit Aldus Manutius Pauli F. Vide, si placet, quæ dixi inferius ubi recenseo Fragmenta veterum Comicoꝝ Latinorum.

SUP.

(1) Vide Vossium de Poetis Latinis p. 59. & Paulum Colomesium ad dialogos Gyraldi de Poetis p. 431.

SUPPLEMENTUM

*Ejusdem Capituli ex Tomo altero Bibliothecæ
Latine.*

DE M. ACCIO PLAUTO
Umbro Sarfinate. (a)

PLAUTUM *ad exemplum Siculi properare* *Epicarmi* scripsit Horatius, (b) non tam quod ejus fabulas exprefferit, quam quod ut ille Græcas, sic hic Latinas Comœdias cum singulari laude composuerit. Quintiliani tamen judicio X. 1. in Comœdia maxime claudicant Latini nec comparandi Græcis sunt, licet Varro dicat Musas, Ælii Stilonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse si Latine loqui vellent: licet Cæcilium veteres laudibus ferant, licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur, quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima & plus adhuc habitura gratiæ, si intra versus trimetros stetissent. Sane Muretum si audimus lib. XVI. cap. 13. Var. Lect. cui acutissimus Burmannus ad Quintilian. pag. 913. assentitur, si Plautino ore loquerentur Musæ, meretricio sæpius quam

c 2

vir.

(a) *Arnoldus Pontacus ad Eusebii Chron. p. 462.*

(b) *Horat. lib. 2. Epist. 1. v. 58.*

virginali more locuturae essent, & plebejo quam honesto.

In Rabani Mauri libro II. de arte Grammatica Tom. 2. Opp. pag. 46. edit. Colon. 1627. fol. Horatio teste laudato afferuntur hi verius :

*Dicitur & Plautus vexisse poemata thespis
Quae canerent agerentque insecti faecibus ora.*

Sed ex Horatii arte poetica v. 276. obvium erat emendare :

Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis.

Eadem pagina apud Rabanum : *Poetae primi Comici, Sufferim, Bullus & Magnes. Lege : Sufarion, Mullus & Magnes.* ex Diomedis lib. III. pag. 486. Sequitur apud Rabanum : *Secunda aetate fuerunt Aristophanes, Eupolis & Horatius (lege Cratinus) qui & principum vitia insectati acerbissimas comœdias composuerunt. Tertia aetas fuit Menandri, Phili (forasse Philippidis) & Philemonis, qui omnem acerbicatem comœdiae mitigaverunt, atque argumenta multiplicia graecis erroribus (Diomedes, autoribus) secuti sunt. Ab his Romani fabulas transfulerunt, & constat apud illos primo Latino sermone comœdiam Libæum (Lege Livium) Andronicum scripsisse. Corruptissimus etiam locus apud eundem Rabanum pag. 47. Cujus planipedis acta togatarum scriptor ita in edilicia fabula meminit, Datur inest Scaurus exultat planipes.* Lege ex Diomede p. 487.

TĒSTIMONĪA. XXXVII

Cujus planipedis (five mimi) Atta, togatarum scriptor ita in adilicia fabula meminit : Daturin' estis aurum? exsultat planipes.

S. Hieronymus Epist. 101. ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres comicos (Græcos) interpretati sunt. Numquid herent in verbis? ac non decorem magis & elegantiam in translatione conservant?*

Rufinus eidem Hieronymo objicit, quod in Monasterio Bethlehem pueris ad discendum DEI timorem sibi traditis, Maronem suum, Comicosque Plautum & Terentium ac Lyricos & Historicos auctores exposuit. Nimirum non putavit timori DEI adversum esse Hieronymus, efficere ut lingua Græca & Latina & suavitates atque elegantia, quæ in Ethnorum libris exstant, non fugerent Christianos, & ab illis intelligi atque in usum verti possent. Nihilominus majus merito studium idem posuit in CHRISTI fide & ob equo teneris animis instillando.

Utinam, quod questus olim Plautus fuit Rudente IV. 7. 23. id folis Comicis in scena, non in cathedra etiam Philosophis, & sacris Concionatoribus de suggestu-identidem esset conquerendum:

Speſtari ego pridem Comicos ad istum modum

Sapienter dicta dicere, atque iis plaudor;

XXXVIII TESTIMONIA.

*Cum illos sapientis mores monstrabant populo:
Sed cum inde suam quisque ibant diverse
domum,*

Nullus erat illo pacto, ut illi jufferant.

Plauti quas habemus Comœdias, collocatas ordine literarum a *Prisciano* putant, qui *Acrosticha* singulis Comœdiis præmissa (c) ad eum-dea referunt, quod tamquam incertum & non magnæ rei relinquo.

Amphitruo Tragico-comœdia dicitur a *Lutatio* ad *Statii* 4. *Thebaid.* v. 147. Versus **CLXXXII.** sive scenas tres *Amphitruoni* post *Actus* IV. scenam 2. a recentiore manu adjectas, perperam pro genuinis Plauti habuerunt *Pylades Brixianus* aliique. In *Plauto Taubmanni* ad calcem voluminis rejecti leguntur, pag. 1271. seq. A Plauti dictione abire, magisque tumentia esse, & vetera licet, tamen omnino sequioris ævi adjectamenta notat *Vossius* lib. 1. de vitiiis sermonis cap. 27. In *Plautinis* suis exemplaribus non reperiri testatur *Jac. Mosantus Briosius* p. 105. *Epist.* *Amphitruonem* Plauti *Hispanice* vertit *D. Villalobos*, *Hispani* 1574. 8. Imitatus est in *Amphitruone* suo *Jo. Baptista Poquelinus Mollærius*, ac *Bælio* iudice longe post se reliquit. Imitatus etiam est *Italus Poeta* sive *Boccacius* sive alius in *dramate* cui titulus :

Gie-

(c) Vide *Volum. 1. Lujus Bibl. pag. 8.*

TESTIMONIA. xxxix

Gieta e Birria. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia Tom. VI. p. 236.

Afinariam Plauti imitatus est, & ad sacrum argumentum de Saule filiam Davidi dote cruenta præputiorum Philistæorum despondente deflestit *Jo. Burmeisterus*. Luncb. 1625. 8.

Aululariam versibus Germanicis ut illa ætate rudibus reddere non dubitavit quidam *Jochimus Greff*, Zvickaviensis Magdeburg. 1535. 8. Sed meritam ingenii laudem ætate nostra tulit *Molierius* (d) Comitorum Gallicorum princeps, qui ex Aulularia Plauti *Avarum* suum expressit amœnissima imitatione. Supplementum Aululariæ nescio an diversum ab editis, de quo Goldastus in litteris MSS. ad Johannem Meursium XI. Kal. Nov. 1604. Supplementum Aululariæ illud quero quod *Camerarius* ait apud *Georg. Fabricium* vidisse, non quod abs te (e) editum. Numquid super eo aliquid ex *Scaligero*? tenta & vale, mi Meursi, ac amicitiam nostram fove. *Camerarii* verba sunt: *Noster* quidem *Fabricius* annotarat quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficientia, sed ne illa quidem satis Plautina, neque causa cur adjici vellemus, visa fuit. Sane præter illud supplementum versuum CXXII.

c 4

quod

(d) *Molierius* Plautus nostri sæculi vocatur a *clariss. Burbanno* p. 91. ad *Petronium*.

(e) In *Meursii* curis Plautinis *Lug. Bat.* 1599. Confer *Plautum Taubmanni* p. 1279.

quod *Codro Urceo* (f) Professori Bononiensi debemus, quodque incipit: *quod non habeo. Ll. feram, Velis nolis cum te quadrupedem strinxero.* exstat aliud brevius XXVIII. versuum, quod incipit: *Quid hic quondam pervicus addit?* quod ante *Meursium* variæ Plauti editiones exhibuerant, ut *Simonis Carpentarii Parisiensis*, *Lugdunensis Gryphii*, *Giberti Longolii Colonienſis* & *Hervagii Basileensis*, neque aliud a *Camerario* innui suspicor. Eo puto etiam pertinere quod legas in *Pithœanis*, *il y a quelque chose au Plaute de Gryple, qui n'est pas aux autres.* Præter hæc duo exstat etiam supplementum recentius versuum CCLXXV. *Martino Dorpio* (g) auctore, cujus initium: *Non feram, carnifex.* Nec non aliud *Joachimi Camerarii* ipsius: aliud item *Georgii Reinmanni Leibſcutz*, Profefſoris Regiomontani. Prodiit ſeparatim Plauti Aulula-

(f) *Codrus Urceus lepidi vir ingenii obiit Bononiæ A. 1500. ætat. 54. cujus vita ſcripta a Bartholomæo Blanchino exſtat ad calcem Urcei operum junctim excuſorum A. 1540. De eodem conſulendus Bernardus Moneta in obſervationibus Gallicæ editis ad Menagiana Tom. IV. p. 150. ſeq. & Memoriarum literariarum ſcriptor, editarum Gallicæ A. 1716. 8. Tom. 1. pag. 331. ſeq.*

(g) *Martinus Dorpius vir egregius & amicus Erſmi in flore ætatis exſtinctus Lovanii A. 1525. De eo Valerius Andreas in Bibl. Belgica & in Athenis Belgicis Franciſcus Svoertius. Rich. Simon Tom. 1. Bibl. ſelectæ pag. 88. Jo. Clericus Bibl. ſelectæ Tom. V. p. 210. ſeq. &c.*

TESTIMONIA. XLI

Jaria cum Urcei suppleto, Daventriæ 1512. 4. & Argentorati 1514. 4. & adjuncto altero longiore Martini Dorpii, Antvverp. 1537. 8.

Captivos Plauti Joach. Camerarius putabat intercidisse, huic autem quæ ætatem tulit Comœdiæ titulum fuisse *Captivi duo*. Illam elegante prosa Gallica nuper donavit præstantiss. Vir Petrus Costeus Paris. 1713. & Amstelod. 1716. 8. Gallice & Latine cum notis. De spatio temporis quod ad actionem hujus dramaticis requiritur, num ad leges theatri sit exactum, vide si placet Anonymi Criticas Observationes, quæ editæ sunt in Historia Critica Reip. litterariæ celeberrimi Massoni Gallice edita T. XIII. p. 1. & laudati Costei Epistolam in Novellis Reip. litterar. A. 1716. pag. 464. Memoriis Trevoltinis A. 1716 Jul. p. 1388. & A. 1717. pag. 317. Historia Critica Reip. litterar. Tom. XIV. p. 56. *Hällische Nachlese der Neven Bibliothec.* V. p. 404.

De *Casina* Plauti, ejusque latranti nomine adeundus etiam Desiderius Heraldus animadversionibus in Salmasii observationes ad Jus Atticum & Romanum lib. 2. cap. 27. p. 189. seq. qui tamen non persuadet, cum apud Plautum *latratæ* pro *latranti* nomine scribendum conjicit, quod Casinam omnes latrarent scilicet, hoc est poscerent & super qua fortitiones fierent.

In *Menæchmos* lepida exstat Angeli Politiani præfatio inter ejus Poemata in Operibus Politiani, & Tom. 2. Delic. poetar. Itolorum p. 363. Menæchmi Plauti & Miles gloriosus Hispanicè versi prodire A. 1555. forma minore. Militem Italica prosa reddidit Cælius Calcagninus.

De Punicis in Plauti *Poenolo* videndus etiam If. Casaubonus in Casaubonianis, editis nuper ab nostro Jo. Christophoro Wolfio, pag. 121. Athanasius Kircherus in prodromo Copto pag. 179. Bernardus Aldrete in Antiquitatibus Africæ & Hispaniæ, Hispanica lingua vulgatis p. 207. Antonius Bynæus de Natali CHRISTI p. 102. & Olaus Rudbekius T. 3. Atlanticæ pag. 731. seq. Ad dialectum Aramæam refert Georgius Henricus Saphunius in commentatione erudita ad Plauti Punica, quam edidit Lipsiæ 1713. 8. Vide Acta Eruditorum T. V. supplementi pag. 421. Specimen divinationum suarum in Poenolum Plauti memorat Thomas Erpenius Epistola ad Casaubonum, quæ inter Casauboni Epistolas pag. 661. legitur edit. novæ in fol. Linguam Punicam in hodierna Melitensi superesse, speciminæ linguæ Punicæ, Marpurgi A. 1718. 8. edito demonstratum ivit exquisitæ eruditionis & præclari ingenii vir Jo. Henricus Majus, filius, humaniorum litterarum in Gissenfi Academia dignissimus Professor.

TESTIMONIA. XLIII

Rudentem, Anna Daceria, quæ eleganti illam fabulam veste Gallica induit, inscribit *Felix naufragium*. Eam e Diphilo Plautus transtulit, fortasse ex ejus ἀνασωζομένων.

Trinumnum ex Phileionis Comici Græci *Ἰνσοῦπῳ* expressum constat. *Henningi Succorvii* commentarius in *Trinumnum* vidit lucem Francof. 1643. 8.

Inter deperditas Plauti fabulas ex Terentii testimonio referuntur *Commorientes*, & tamen hanc quoque Varro videtur Plauto abjudicasse. Pro *Leones Gemini*, sunt qui legunt *lenones*. Possent & catalogo deperditarum inferi *Parasitus* (supra, *Medicus*.) *Patina* sive *Patinaria*, (nisi eadem hæc fuerit cum *Casina*.) *Phaëra* (nisi eadem cum *Mostellaria*) & *Sifennaria* (nisi falsa lectio *Camerarium* de ceperit.)

Veteribus Grammaticis quorum monumenta Plauto illustrando destinata non tulerunt ætatem, addendus etiam *Q. Terentius Scaurus*.

Plauti Comædias XX. primum e MS. Florentino in lucem *Georgius Merula* Alexandrinus Statiensis protulit, Venetiis 1472. fol. opera & impendio Joannis de Colonia Agrippinensis & Vindelini de Spira: & *Tarvilius* 1482. fol. opera & impendio Pauli de Ferraria atque Dionysii de Bononia. Sed annotationes ejus & *Plautinæ* quas promittit quæstiones dubito an viderint lucem. *Cornelius*

Vitellius de observatione dierum, mensium; annorumque ad Pyladem Buccardum Brixianum: *Habeo sexcentos & amplius errores ipsius (Merulæ) ex commentariis Juvenalis & Oratoris in Ligarium ac emendatione Plauti, Columelle, Catonis Censorii, & Varronis collectos, quos jam edidissim, nisi expectarem ipsius quæstiones Plautinas, quas jam decem annos in utero gestat; & adhuc (A. 1481.) non modo non parit, sed ne parturit quidem, cum ei opus sit recantare, quæ in toto Plauto depravavit.* Confer Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia T. XVII. p. 297. seq.

Post Merulam recognitæ Plauti Comædiæ ab ejus discipulo sunt *Eusebio Scutario*, Vercelleni, Mediolan. 1490. fol. in officina egregii mancipis Ulderici Scinzenzeler, ipsius & magistri Joannis Legnani opera & impendio.

A *Jo. Petro Valla*, cum cujus commentario & *Bern. Saraceni*, sine anni nota Plautum habeo editum Venetiis, fol. ut omnittam editionem hujus Comici Venetam A. 1495. 4.

A *Pylade Buccardo* Brixiano, Brixia 1506. fol. qui Plautum ter mille amplius erroribus a Saraceno & Pio corruptum queritur.

Editionibus Venetis A. 1499. & 1511. præter *Bernh. Saraceni* Veneti & *Jo. Petri Vallæ* Placentini notas, additi etiam commentarii *Jo. Baptiste Pii* Bononientis. Sed castigations & retractationes notarum suarum in

Plau-

TESTIMONIA. XLV

Plautum Pius subjecit commentariis suis in Lucretium editis Bonon. 1511. fol. & Paris. 1514. fol.

Plauto exnoliendo præterea tum insudavit *Adolphus Mulingus*, Argentoratensis A. 1508. In Parmensi vero editione An. 1511. fol. præter *Pyladis Buccardi* Brixiani scholia in quinque priores Comœdias, occurrunt ad undecim sequentes & principium Rudentis, hypomnemata *Thaddæi Ugoleti*: commentarii *Francisci Marii Grapaldi*, & in reliqua *Georgii Anselmi* Epiphyllides. In Parisiensi Anno 1513. quam curavit *Simon Carpentarius*, primum editum est supplementum Aululariæ quod deinde *Crypius*, *Meursius*que vulgaverunt. Aldina editio A. 1522. 4. in titulo ipso carmina Plauti magna ex parte in mensam suam restituta promittit, & *Franciscus Alulanus* in præfatione profitetur se exemplar ab *Aldo* & *Erasmo* castigatum typographis exscribendum proposuisse. *Jochimus Camerarius* de Plauto imprimis præclare meritis, usum se esse testatur membranis antiquis *Viti Verleri* Franci, quem Lipsiæ Comœdias Plautinas interpretantem audiverat; quamquam vero privilegium *Friderici I.* Imperatoris, quod in quinquennium accepit *Camerarius* pro editione scriptorum suorum quorumcumque ad humaniores literas spectantium, jam datum est Anno 1538. 26. Novembr. in quo Plautinarum etiam

etiam emendationum fit mentio, nihil tamen ex illis lucem videtur vidisse ante A. 1545. quo Lipsiæ in 8. ex officina Valentini Papæ Camerarius edidit a se recensitas illustratasque Amphitruonem, Asinariam, Curculionem, Casinam atque Cistellariam: Nisi quod jam A. 1536. 8. Magdeburgi, edente Georgio Majore, prodire Captivi, Aulularia, Miles, Menæchmi, Mostellaria & Trinummus, emendati & numeris restituti ab eodem, ut non dubito, Camerario, licet nomen suum proditum vetuit. Quod itaque in Catalogo Bibl. publicæ Leidensis novissimo p. 271. mentio fit Comædiarum Plauti viginti per Joachimum Camerarium editarum Basileæ An. 1538. 8. putem ego errorem esse pro 1558.

Rob. Stephani editio Aldum secuti prodit Paris. 1529. fol.

Plautus cum variis Lect. ex Lambini & aliorum variorum observatione adscriptis. Lugd. apud Sanctandream. 1587. 8.

Lambino notas suas in Plautum retractanti manus injecerunt fata, cum pervenisset ad tertiam decimam comædiam. Cetera peregit Collega ejus *Jacobus Helius*, Græcarum literarum Regius Professor.

Plautum a se emendatum promisit in publicum emittere elegantissimus *Muretus* pag. 178. b. notis ad Terentium. *Gabriel Faërnus* quoque qui in restituendo Plauto multa Ca-

TESTIMONIA. XLVII

merarii laboribus accepta libenter retulit: & *Latinus Latinus*, opera etiam Longolii adjunctus. Vide Latinii Epistolas Tom. 2. pag. 43. Etiam *Antonius Pannonitanus* sui in Plautum Commentarii meminit in Epistolis suis pag. 19. 22. 51. 99. &c.

Jani Gruteri editio castigata ad Codices Pa-
latinos Anno 1592. tanto minus prætereun-
da, quod illa prima est in qua Comœdiæ sin-
gulæ actibus & scenis, versuumque numeris
magno lectorum commodo distinguuntur. Gru-
tero iniquior Jo. Philippus Pareus, de quo
suo quondam discipulo Gruterus queritur Epist.
121. 122. post Gudianas: nec Pareo parcit
in scriptis suis Gruterus. quam miseram vi-
rorum doctorum certantium invicem maledi-
ctis conditionem merito dolet Michael Pic-
cartus literis ad Jo. Kirchmannum, post Gu-
dianas pag. 260. atque acerbo nimis, novis-
que maledictis exagitat Jac. Gretserus lib. I.
rerum variarum, Ingolstadt. 1628. 8. capite IX.

Plautus cum non contemnendo indice di-
ctionum & phrasium excusus Cothenis 1618. 8.

Editionem Plauti *Taubmannianam* A. 1621.
minus emendatam esse monet etiam Tho. Cre-
nius parte XVI. animadvers. Historico Philo-
logicar. pag. 221.

Editio Plauti *Pareana* quæ Spiræ 1619. 4.
prodiit, a Jo. Grævio collata cum MSS. &
passim castigata fuit in Bibl. Jo. Mori Elien-
sis

.XLVIII TESTIMONIA.

sis in Anglia Episcopi .

Jo. Fridericum Gronovium in Plauto, senariorum verluum rationem non satis habuisse perspectam, arguit Rich. Bentleius V. C. in emendationibus ad Menandri reliquias pag.54. cui facile fuerit loca illa monstrare, atque ita lectores sibi obstringere.

De Corpore Poetarum Latinorum Genevæ, Lugduni & nuper præstantissimo viro Michaele Maittaire curante Londini edito, in quo & ipse Plautus obvius, dixi infra lib. IV. cap. I.

Jacobus Operarius * qui Plautum in usum Delphini vulgavit, testatur se usum fuisse ineditis notis *Jacobi Corbinelli* Florentini, ad oras editionis Plauti a Sambuco factæ, manu auctoris adscriptis. *Levini Torrentii* notas & castigationes ex Codice illius qui erat in Bibl. Gudiana, servo adscriptas huic in usum Delphini publicatæ editioni manu præclari viri & amici Jo. Christiani Wolfii.

Ad *Janum Hautenum* de versione ipsius *Belgica* aliquot Plauti Comædiarum, hendecasyllabos *Justi Lipsii* habes in ejus poematis n.17.

Novissime binas metaphrasas amœnas Plauti nacti sumus sermone Gallico profario, alteram *H. P. Limierii*, pluribus aliis scriptis & *Ludovici XIV.* Galliarum Regis historia cla-

* *Giornale de' letterati di Roma, A. 1679. pag. 39.*

TESTIMONIA. XLIX

clarissimi, qui Captivos ex Costei, Amphitruonem, Epidicum & Rudentem ex Daceria interpretatione servavit, notasque adjunxit: Stichum vero & Trinummum totidem versibus Gallicis reddidit. Hæc versio Latinis Plauti ex adverso positis lucem vidit Amstelodami 1718. 12. decem Voluminibus. Alteram debemus ex Benedictino celeberrimo *Gueudevillio*, cujus versionem Moriaë Erasmi & dissertationes Atlanti Historico insertas aliaque ingenii monumenta habemus. Hujus Plautus circa idem tempus sumtu Petri vander Aa prodiit Leovardiaë octo Voluminibus, in quo & dramata quæ Costeus & Daceria verterant ex nova Gueudevillii interpretatione comparent, & notæ singulis Comædiis ab interprete sunt adjunctæ. Qui utramque translationem inter se & cum Latino Plauto conferent, (b) fatebuntur illam Limierii adstrictiore ac modestiore toga: hanc Gueudevillii fluxa magis magisque Comica veste incedere. In utraque nonnulla notant Acta Eruditor. A. 1719. pag. 329.

d Lo-

(h) *Journal. Historique Amst.* 1719. Jan. pag. 19. il semble que Mr. Limiers s'attache d'avantage à son original, & qu'il en fait mieux sentir le véritable caractère: & que le Sr. Gueudeville est plus badin, plus vif, plus bouffon. Confer *Acta Erud. A.* 1719. pag. 335. *Journal. littéraire Tom. IX.* pag. 435. *Histoire critique de la Rep. des lettres Tom. XV.* pag. 305. *Bibliothèque ancienne & moderne de Mr. le Clerc T. XI.* p. 220. &c.

L TESTIMONIA.

Loca in quibus Ciceronem cum Terentio, Terentium cum Plauto comparat *Gaudentius Merula* in dialogo, petiit magnam partem e Camerarii commentario ad lib. I. Tusculanarum dispp. Ciceronis, ut notavit Antonius Majoragius in Apologia contra Merulam p.28.

Loca Plauti quæ imitatus videtur Terentius, singulis paginis singulari studio annotata sunt in editione nitida Terentii, quam adornavit *Martinus Hugenius* Amst. 1710. 8.

Jo. Philippi Parei electa Plautina perstringuntur in libro qui inscribitur *Asini Cumani fraterculus ex Plauti electis electus* per Eustathium Svartium. 1619. 8. Reineri Neuhusii electa Plautina ac Terentiana prodierunt Amstelod. 1646. 12.

* *Benedicti Floretti* Apologiam pro Plauto ex ejus progymnasmatibus poeticis * petitam Latine ex Italico sermone convertit Janus Pannellius Middelburgensis, Philippus vero Pareus eam subjunxit commentario suo de particulis latinæ linguæ. Francof. 1647. 12.

Plauti editionem adornare voluit *Josephus Scaliger*, ut notatum Clariss. Almeloventio in Bibliotheca promissa & latente pag. 51. Notas quasdam Scaligeri MStas, quemadmodum & emendationes *Salmasii* servat Bibliotheca publica Leidensis, in qua præter Aulula-

* *Hæc progymnasmata Italice edita Florentie 1639. 4. quinque voluminibus, & accessiones A. 1661. 4.*

TESTIMONIA. LI

lariam in membraneo Codice cum Variis Lect. ex Codice Pithoei, obvii etiam tres Codices membranacei Comœdiarum octo, & alius in charta. *Antonius* etiam *Clementius*, Plautum recensere instituit, ut disces ex Epistola IX. Merici Casauboni A. 1657. ad eum scripta. *D. Casparis Erasmi Brochmandi* prælectiones ineditæ in quasdam Plauti Comœdias, Hafniæ adhuc affervantur.

Basilicæ ex officina Hervagiana per Eusebium Episcopium 1568. 8. prodiit Volumen hoc titulo: Eruditorum aliquot virorum de Comœdia & Comicis versibus commentationes, itemque in Plautum annotationes & alia quibus totus fere Plautus explicatur. In hoc continentur *Lilii Gyraldi* ex dialogis de poetis excerpta diatriba de Comœdia ejusque apparatu, p. 1. & *Julii Cas. Scaligeri* de Comœdiæ origine, & de comicis versibus, ex ejus opere de Poetica: p. 32. *Andree Alciati* de Plautinorum carminum ratione p. 71. & Lexicon breve vocum Plautinarum p. 79. *Jacob. Camerarii* de Comicis versibus pag. 126. & in Plauti Comœdias annotationes ab ipso auctore correctæ & auctæ pag. 153. *Caroli Langii* Variæ Lectiones ex tribus Codicibus Plauti MSS. pag. 301. *Adr. Turnebi* in Plautum observationes ex libris Adversariorum. p. 333. *Hadr. Junii* p. 336. *Celii Secundi Curionis* Plautinæ Lectiones p. 340.... 343: & 355...
d 2 364.

LII TESTIMONIA.

364. Loci ex XLI. amissis Comœdiis citati pag. 344. Loci ex Comœdiis quæ exstant citati qui in nostris Codicibus non reperiuntur, p. 352... 355.

Ex Bibliotheca V. C. Marquardi Gudii accepi editionem Plauti Doulianam, & alterant Seb. Gryphii A. 1549. 12. utramque innumeris locis Josiæ Merceri & alterius viri docti manu castigatam e MSS. Codd. & variis observationibus. Plauti Codex insignis membranaceus, qui olim fuit Hieronymi Suritæ, CæsarAugustani, postea pervenit ad illustrem Frid. Adolphum Hansem ab Ehrencron. Vide Catalogum ejus Bibliothecæ p. 420.

Subactius judicium jam requirit lectio Plautina, ut mirer in tractatione scriptorum Latinorum adolescentibus commendanda Plautum Terentio prælatum esse a Scioppio in Epistola de compendiosa Linguæ Latinæ exactius cognoscendæ ratione, quæ ejus lucubrationi de arte Critica præmittitur. Confer Morhofium III. 4. Polyhist. pag. 623. seq. Ceteroqui norunt omnes, proprietatis & leporis linguæ Latinæ Magistrum Plautum esse utique egregium.

Plenus ingeniosis dictis ac facetiis est hic Comicus jocitque, non de illis pertractatis jam loquor, sed de amœnis & honesto homine haud indignis. Itaque illustrissimus Cardinalis *Henr. Nerisius* Johannem Harduinum, & Franciscum Macedo, cum ab illis impeti-

tus

TESTIMONIA. LIII

tus fuisset, insultus utriusque Plautinis ferme sententiis vel repressit vel elusit. Vide Norisii parænesin ad Harduinum & Annibalis Conradini Veronensis (quo sub nomine idem Norisius latet) Thrasonem seu militem Macedonicum Plautino sale perfrictum. Amstelod. 1709. 8.

Non contemnendam quoque pulchrarum sententiarum & prudentium monitorum Plautus suppeditat copiam, ex quibus unicum hoc loco adscribam ex Persa Act. IV. Scen. 4.

*Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque
opiparæ?*

Vir. *Si incolæ bene sunt morati, pulchre mun-
nitas arbitror,*

*Perfidia & peculatus ex urbe & avaritiæ
si exfulant,*

*Quarta invidia, quinta ambitio, sexta ob-
tractatio,*

Septimum perjurium, octava indiligentia,

*Nona injuria: decimum quod pessimum ag-
gressu scelus.*

*Hec nisi inde aberunt, centuplex murus
rebus servandis parum est.*

Hermanni Buschii decimationes Plautinæ Paris. 1521. 4. editæ sententias e Plauto excerptas cum scholiis in tironum usus continent. Et Robertus Stephanus A. 1536. 8. editit festivum delectum sententiarum & proverbiorum ex Plauto, Terentio, Virgilio, Ovidio,

LIV TESTIMONIA:

dio, Horatio, Juvenale. Persio, Lucano, Seneca, Lucretio, Martiale, Silio Italico, Statio, Valerio Flacco, Catullo, Propertio, Tibullo & Claudiano, cum indice sententiarum & proverbiorum. Spectat huc etiam Sapiencia scenæ Romanæ, cum notis nuper edita a V. C. Christoph. Augusto Heumanno, Isenaci 1716. 12. Vide Acta Erud. illius anni p. 325.

Georgii Fabricii sententiarum e Plauto & Terentio decerptarum libri duo prodire Lipsiæ 1558. 8.

Queroli auctorem non esse *Gildam*, ipse deinde Pareus a Reinesio monitus agnovit. Vide Reinesii Epist. XXXIX. ad Bosium pag. 175. *Gildæ* liber de excidio Britanniae occurrit etiam in Tomo VII. Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunens. pag. 707. De illo libro ad si placet Jac. Ufferii Antiquitates Ecclesiarum Britannicarum cap. XIV. & de Gilda Taubmannum ad Plautum pag. 1498. Cavei Hist. literar. Script. Eccles. ad A. 581. & Acta Sanctor. T. 2. Januar. pag. 952. seq.

M. ACCII PLAUTI

AMPHITRVO

L' ANFITRIONE

DI M. ACCIO PLAUTO

M. ACCII PLAUTI

AMPHITRUO

DRAMATIS PERSONAE.

SOSIA, <i>servus.</i>	AMPHITRUO.
MERCURIUS.	THESSALA, <i>ancilla.</i>
JUPPITER.	BLEPHARO, <i>gubernator.</i>
ALCUMENA.	BROMIA, <i>ancilla.</i>

ARGUMENTUM.

IN faciem *vorsus Amphitruonis Juppiter,*
Dum bellum gereret cum Telebois hostibus;
Alcmenam uxorem cepit usurariam.
Mercurius formam Sosiae servi gerit
Absentis. his Alcumena decipitur dolis. 5
Postquam rediere veri, Amphitruo & Sosia,
Uterque luduntur dolis mirum in modum.
Hinc jurgium, tumultus, uxori & viro.
Donec cum tonitru voce missa ex aethere,
Adulterum se Juppiter confessus est. 10

L'ANFITRIONE¹

DI M. ACCIO PLAUTO

PERSONAGGI.

SOSIA, servo.	ANFITRIONE.
MERCURIO.	TESSALA, fantesca.
GIOVE.	BLEFARONE, nocchiero.
ALCUMENA.	BROMIA, fantesca.

ARGOMENTO.

TRasformatosi Giove nel sembiante
D'Anfitrione, in tempo che costui
Stavasi guerreggiando co' Teleboi,
Pigliò a usufruttare la sua moglie
Alcumena. Mercurio trasfigurasi §
Nel servo Sosia, il qual' er' anche fuori.
La povera Alcumena resta presa
Da un agguindolo tale. Ritornati
Che furo i veri Anfitrione, e Sosia,
Son aggirati entrambi stranamente. 10
Quindi nascon contrasti, e tafferugli
Tra la moglie, e'l marito, fin che uscita
Una voce dal cielo con un tuono,
Giove alla fine si dichiara adultero.

A L I U D .

A More captus Alcmenas Juppiter ,
 Mutavit se se in ejus formam conjugis ,
 Pro patria Amphitruo dum cernit cum ho-
 stibus ;
 Habitu Mercurius ei subservit Sosiae .
 Is advenienteis , servum ac dominum frustra
 habet . §
 Turbas uxori ciet Amphitruo : atque invicem
 Raptant pro moechis . Blepharo captus arbiter ,
 Uter sit non quit Amphitruo decernere .
 Omnem rem noscunt : geminos Alcmena eni-
 ritur .

P R O L O G U S .

M E R C U R I U S .

UT vos in vestris vultis mercimoniis (1)
 Emundis vendundisque me laetum lucris
 Afficere , atque adjuvare in rebus omnibus :
 Et ut res , rationesque vestrorum omnium
 Bene expedire vultis , peregrique & domi , §
 Bonoque , atque amplo auctare perpetuo lucro
 Quasque incoepistis res , quasque

in-

(1) Genio particolare di questo autore , di cui credo che il popolo si dilettaffe , è lo infilzare spesso più parole principianti da un' istessa sillaba , o lettera .

ALTRO ARGOMENTO.

INvaghitosi Giove d'Alcumena,
 Si cambiò nel sembante del marito
 Anfitrione, mentr' egli era a oste
 Combattendo i nemici della patria ;
 Il dio Mercurio in abito di Sofia 5
 Sta al suo servizio. egli, in venendo il servo,
 E' l' ver padrone, li fa cornamusa.
 Anfitrion fa un chiaffo colla moglie;
 E si malmenan, un chiamando adultero
 L'altro. Blefaron preso per arbitro 10
 Non fa discernere quale sia de' due
 Il vero Anfitrione. Finalmente
 Chiariscono di tutto; e Alcumena
 Partorisce a un corpo due bambini..

P R O L O G O .

M E R C U R I O .

COME volete voi, ch'io di buon animo
 Vi dia guadagno ne' traffichi vostri,
 E in vendendo, e in comprando, e ch'io
 vi ajuti
 In tutte le faccende, e che spedisca
 Bene i negozj anche di tutti i vostri 5
 In casa, e fuori, e vi aumenti di onesto
 E grosso lucro continuamente
 E gli affari intrapresi, e quegli, i quali
 A 2 Fo-

incoeptabitis :

*Et uti bonis vos vestrosque omnis nuntiis
Me afficere vultis : ea afferam , ea ut nuntiem ,
Quae maxime in rem vestram communem
sient :*

10

*Nam vos quidem id jam scitis concessum &
datum*

*Mihi esse ab diis aliis , nuntiis praesim &
lucro :*

*Haec ut me vultis (1) approbare , annitier ,
Lucrum ut perenne vobis semper suppetat :*

Ita huic facietis fabulae silentium ,

15

Itaque aequi & justi hic eritis omnes arbitri .

*Nunc cujus jussu venio , & quamobrem ve-
nerim ,*

Dicam : simulque ipse eloquar nomen meum .

Jovis jussu venio : nomen Mercurii est mihi .

Pater huc me misit ad vos oratum meus ,

20

Tametsi pro imperio , vobis quod dictum foret ,

Scibat facturos : quippe qui intellexerat

Vereri vos se & metuere , ita ut aequum est ,

Jovem :

Verum profecto hoc petere me precario

A vobis jussit leniter dictis bonis .

25

Etenim ille cujus huc jussu venio , Juppiter ,

Non

(1) E come nume, e come mezzano de' contratti.

L' ANFITRIONE. §

Foste per intraprendere, e ch' io diavi
 Novelle buone per voi, e pe' vostri, 10
 Arrecando, e annunziando delle cose
 Utili specialmente al ben comune
 (Poichè sapete, che dagli altri dei
 Stato son destinato a presedere
 Al guadagno, e alle nuove) or, torno a dire, 20
 Siccome tutti voi desiderate,
 Che queste cose io approvi, e promuova
 Con tutto il mio potere, acciocchè abbondi
 Maisempre a vostro pro perpetuo il lucto:
 Così all'incontro si dovrà da voi 25
 Prestar a questa favola un perfetto
 Silenzio, e assister tutti quì da giudici
 Giusti, ed indifferenti. Ora dirovvi
 Per comando di chi, per qual ragione
 Io quà mi sia condotto, e nel medesimo 30
 Tempo io stesso dirovvi il nome mio.
 Io vengo quà per comando di Giove,
 Il mio nome è Mercurio. Quà mandommi
 Mio padre a supplicarvi di una grazia,
 Sebben egli sapesse, che vo' areste 35
 Fatto ciò ch' e' v' avesse comandato,
 Sapendo ben, che voi lo venerate,
 E lo temete, come si conviene
 Temere, e venerare il sommo Giove:
 Ciò non ostante egli ha voluto ch' io 40
 Con placide maniere, e colle buone
 Vi dimandassi ciò per grazia; avvegna
 Che Giove stesso, pel cui cenno io venni

6 A M P H I T R U O .

Non minus quam vostrum quisvis formidat
malum :

Humana matre natus , humano patre ,
Mirari non est aequum , sibi si praetimet .
Atque ego quoque etiam , qui Jovis sum fi-
lius ,

Contagione mei patris metuo malum :
Propterea pace advenio , & pacem ad vos
affero .

Justam rem & facilem esse oratum a vobis
volo .

Nam juste ab justis justus sum orator datus .
Nam injusta ab justis impetrari non decet : 35
Justa autem ab injustis petere , insipientia est ,
Quippe illi iniqui jus ignorant , neque tenent .
Nunc jam huc animum omnes ea quae loquar
advertite .

Debetis velle quae velimus . meruimus
Et ego & pater de vobis & republica . 40
Nam quid ego memorem , ut alios in tragoediis
Vidi , Neptunum , Virtutem , Victoriā ,
Martem , Bellonam , commemorare quae bonae
Vobis fecissent ?

L' ANFITRIONE. 7

Quà, nulla meno che ciascun di voi ,
Teme del male; nè bisogna farlene 45
Maraviglia, s'egli ha qualche paura,
Essendo nato di padre, e di madre
Terreni; e io medesimo, che sono
Figlio di Giove, per la qualità
Terrena di mio padre appiccataccia, 50
Del mal temendo, vengo quà con pace,
E ad arrecarvi pace. Sicchè io
Vengo per ottener da voi una cosa
Facile, e giusta insieme: imperciocchè
Giusto oratore io sono stato eletto, 55
E con giustizia, e da persone giuste.
Giacchè non si convien dimandar cose
Ingiuste alle persone giuste; come
Sare' pazzia, il chieder da persone
Ingiuste cose giuste; imperocchè 65
Color, che sono ingiusti, non fan mai
Quello, che sia giustizia, e non l'osservano.
Orsù, quà tutti, state attenti a quello
Ch' io dico: il dover vostro è, che vogliate
Quello, che noi vogliamo; giacchè tanto 65
Meritati ci siam mio padre, e io
Da voi, e dalla vostra patria; nè
Io starò a rammentarvi qua' favori
Usato v'abbia mio padre, siccome
I' ho veduto già nelle tragedie 70
Degli altri dei, come dire Nettuno,
La Vittoria, il Valor, Marte, Bellona,
Rammentar quanto bene v'abbian fatto:

quīs benefactis meus pater,
Deorum regnator, architectus omnibus. 45
Sed mos numquam illic fuit patri meo,
Ut exprobraret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur esse id a vobis sibi,
Meritoque vobis bona se facere quae facit.
Nunc quam rem oratum huc veni, primum
proloquar, 50
Post argumentum hujus eloquar Tragoediae.
Quid contraxistis frontem? quia Tragoediam
Dixi futuram hanc? deus sum: commutavero
Eandem hanc, si vultis: faciam ex Tragoedia,
Comoedia ut sit, omnibus iisdem versibus. 55
Utrum sit, an non, vultis? sed ego stultior,
Quasi nesciam vos velle, qui divus siem.
Teneo, quid animi vestri super hac re fiet.
Faciam ut commixta sit Tragicocomoedia:
Nam me perpetuo facere ut sit Comoedia, 60
Reges quo veniant & dii, non par arbitrator.
Quid igitur? quoniam hic

L' ANFITRIONE. 9

Del qual bene, per altro, il padre mio
 Gli è l'autore, siccome Re de' numi: 75
 Ma mio padre non è mai stato solito
 Di rinfacciare quello, che abbia fatto
 Di bene a chi sel merita, anzi giudica,
 Che l'istesso giovarvi sia un piacere,
 Ch'egli da voi riceva; ond'è che crede 80
 Ben giusto dispensarvi quelle grazie,
 Che vi dispensa. Adesso in primo luogo
 Voglio parlarvi di quello, di che
 Son venuto a pregarvi, indi di questa
 Tragedia spiegherovvi l'argomento. 85
 Perchè faceste cesso? perchè forse
 Vi ho detto che questa sarà Tragedia?
 Io sono un nume, la saprò scambiare;
 Se pur volete, e saprò far per modo,
 Che di Tragedia, con tutt' i medesimi 90
 Versi divenga una Commedia. Orsù
 Siete contenti, o no, che ciò si faccia?
 Ma io son pur tondo a farvi tal dimanda,
 Come s'io non sapessi, essendo un nume,
 Che voi ne siete pur troppo contenti. 95
 Io so qual sia il sentimento vostro
 Sopra questa faccenda. Io farò sì,
 Che si mescoli 'nsieme l'una, e l'altra,
 E venga a farsi una Tragicommedia;
 Poichè volere ch'ella sia continua- 100
 mente Commedia, dove e Numi, e Re
 Intervengono, a me non mi par proprio.
 Che s'ha a far dunque? giacch'egli vi ha parte.

AR-

servus quoque parteis habet ;
Faciám sit , proinde ut dixi , Tragicocomoedia .
Nunc hoc me orare a vobis jussit Juppiter ,
Ut conquistores singuli in subsellia 65
Eant per totam caveam , spectatoribus ,
Si cui fautores delegatos viderint ,
Uti his in cavea pignus capiantur togæ .
Sive qui ambissent palmam histrionibus ,
Seu cuiquam artifici , seu per scriptas litte-
ras ; 70
Sive qui ipsi ambissent , seu per internuntium ,
Sive adeo aediles perfidiosè quos dunt ,
Sirempse legem jussit esse Juppiter ; (1)
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit .
Virtute dixit vos victores vivere , 75
Non ambitione , neque perfidia . qui minus
Eadem histrioni sit lex , quæ summo viro ?
Virtute ambire oportet , non favoribus .

Sat

(1) Similem re ipsa.

L' ANFITRIONE. II

Ancora il servo, farò, come dissi,
 Che ella sia una Tragicommedia. 105
 Ora Giove mi ha imposto di ottenere
 Da voi un favore, ed è, che per ogni ordine
 Di fedili, vi sia una ronda, che
 Vada attorno per tutta la platea
 A spiar cosa fan gli spettatori; 110
 E vedendo che alcuni de' recitanti
 Abbia assegnati i partigiani suoi,
 Nella stessa platea vengano gravati
 Nella toga; o pur, che un facesse pratica
 Per procurar la palma agl' istrioni, 115
 O a qualche professore di Teatro,
 O per biglietti, o da per loro stessi,
 O veramente ancor per imbasciate.
 Nè in ciò s'abbia riguardo anche agli Edili,
 Se daranno la palma ingiustamente; 120
 Perchè Giove ha ordinato, che tai pratiche
 Sieno contro la legge, al modo istesso,
 Che se alcuno facesse per se, o pure
 Per altri, brogli, e maneggi, col fine
 D'ottenere qualche ufficio, o qualche carica 125
 Nel pubblico governo. Col valore
 Ha detto, che dovete divenire
 Vincitori, non per via di maneggi,
 O d'ingiustizia. Perchè non ha a essere
 La medesima legge per un Comico, 130
 Che per un uomo d'alto affare? ambire
 Si debbono le cariche, e gli onori
 Col valore, non già co' partigiani.

Non

*Sat habet fautorum semper, qui recte facit :
 Si illis fides est, quibus est ea res in manu . 80
 Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit ,
 Ut conquisitores fierent histrionibus ,
 Qui sibi mandassent , delegati ut plauderent ;
 Quive , quo placeret alter , fecissent , minus ,
 Eis ornamenta & corium uti conciderent . 85
 Mirari nolim vos , quapropter Juppiter
 Nunc histriones curet . ne miremini :
 Ipse hanc acturu' st Juppiter Comoediam ;
 Quid admirati estis ? Quasi vero novum
 Nunc proferatur , Jovem facere histrioniam . 90
 Etiam histriones anno cum in proscenio hic
 Jovem invocarunt , venit : auxilio eis fuit .
 Præterea certo prodit in Tragoedia .
 Hanc fabulam , inquam , hic Juppiter hodie
 ipse aget ,
 Et ego una cum illo . nunc animum advo-
 tite , 95
 Dum hujus argumentum eloquar Comoediæ .
 Haec urbs est Thebae : in illisce habitat ae-
 dibus
 Amphitruo , natus Argis ex Argo patre ,
 Quicum Alcumena est nupta Electri filia .*

L' ANFITRIONE. 13

Non mancan partigiani a chi ben opra,
 Quando quei, che governano son giusti. 135
 Quest' altra commissione ancor mi ha dato,
 Che fra' comici girin delle spie,
 Se alcun di loro avesse mai commesso
 A' partigiani suoi, che gli faceffero
 Plauso; ovvero anche avesse fatto pratiche;
 Per iscavallar l' altro: in questo caso 140
 Gli si scamati l' abito, e la pelle.
 Non vorrei che voi vi maravigliaste,
 Perchè Giove s' intrighi ora co' comici.
 Non vi maravigliate, perchè Giove 145
 Stesso in questa Commedia debbe fare
 La sua parte. E così? che maraviglie
 Fate? quasi sia questa cosa nuova,
 Che Giove di strion professi l' arte.
 Pur or fa l' anno gli strioni quì 150
 In questo palco, invocarono Giove,
 Ed ei ci venne, e lor prestò foccorso.
 Nella Tragedia poi, senza alcun dubbio
 V' interviene. Oggi quì Giove in persona,
 Vi torno a replicare, in questa favola 155
 Reciterà, e io infiem con lui.
 Or attendete mentre ch' io vi espongo
 Della Commedia nostra l' argomento.
 Questa, che voi vedete, è la Città
 Di Tebe: in quella casa, che è lì, abita 160
 Anfitrione, nato in Argo, e figlio
 Di padre ancora d' Argo: al quale è unita
 In matrimonio Alcumena, che è figlia
 Di

Is nunc Amphitruo praefectus est legionibus. 100
 Nam cum Telebois bellum est Thebano populo.
 Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum,
 Gravida Alcumenam uxorem fecit suam.
 Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater
 meus:

Quam liber harum rerum multarum fiet (1): 105
 Quantusque amator fiet, quod complacitum est
 semel.

Is amare occoept Alcumenam clam virum,
 Usuramque ejus corporis cepit sibi,
 Et gravidam fecit is eam compressu suo.
 Nunc, de Alcumena ut rem teneatis rectius,
 Utrimque est gravida, & ex viro, & ex
 summo Jove. 111

Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat:
 Et haec ob eam rem nox est facta longior,
 Dum ille qua cum vult voluptatem capit.
 Sed ita assimilavit se, quasi Amphitruo
 fiet. 115

Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
 Quod ego huc processi sic cum servili schema,
 Veterem atque antiquam rem novam ad vos
 proferam:

Propterea ornatus in novum incessi modum.
 Nam meus pater

in.

(1) Nascens multivoli plurima furta Jovis. Catull.
 Si vede da questo luogo, che la parola *liber* trae nel
 suo significato qualche forza dal verbo *libet*; come si
 scorge anche nella parola *libere* nella scena seguente
 v. 17.

L' ANFITRIONE. 15

Di Elettro. Anfitrione ora è al comando
 Dell'armata; perchè, come sapete, 165
 I Tebani hanno guerra co' Teleboi.
 Prima ch'egli marciasse per l'esercito,
 Ingravidò Alcumena sua moglie.
 Io credo, che oramai sappiate, come
 Sia voglioloso, e sfrenato mio padre 170
 In così fatte novelle, e in che modo
 Vada a 'mpaniare, veduto ch'egli abbia
 Qualche visino, che gli piaccia. Ei dunque
 Si dette a amar Alcumena nel tempo,
 Che'l marito non ci era, ed a godersela, 175
 Sinchè l'ingravidò. Ora perchè
 Meglio intendiate il fatto d'Alcumena,
 Vo' dovete sapere ch'ella è gravida
 Di due, cioè del marito, e di Giove.
 E mio padre con lei si giace adesso 180
 Quì dentro, e questa è la ragion perchè
 Questa nottata è stata tanto lunga,
 Perch'egli si sollazza con chi ama.
 Si è fatto così simile, che pare
 Anfitrione istesso. Or perchè voi 185
 Non vi maravigliate di quest'abito,
 Ch'io porto, e perchè io sia così vestito
 Con divisa servile uscito fuori:
 Sappiate ch'io farò per arrearvi
 Per nuovo un fatto vecchio, e molto antico.
 E perciò appunto son venuto fuori 190
 Abbigliato così in nuova foggia.
 E per questo, ecco quì, mio padre istesso
 Gio-

intus nunc est (1), eccum, Juppiter: 120
 In Amphitruonis vortit sese imaginem;
 Omnesque eum esse censent servi, qui vident:
 Ita versipellem se facit, quando lubet.
 Ego servi sumsi Sosiae mihi imaginem,
 Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum:
 Ut praeservire amanti meo possem patri: 126
 Atque ut ne, qui essem, familiares quaerent,
 Versari crebro hic cum viderent me domi.
 Nunc cum esse credent servum, & conservum
 suum,
 Haud quisquam quaeret, qui siem, aut quid
 venerim. 130
 Pater nunc intus suo animo morem gerit:
 Cubat complexus, cujus cupiens maxime est.
 Quae illi ad legionem facta sunt, memorat
 pater
 Meus Alcumenae. illa illum censet virum
 suum esse, quae cum moeche est. ibi nunc
 meus pater 135
 Memorat, legiones hostium ut fugaverit:
 Quo pacto sit donis donatus plurimis.
 Ea dona, quae illic Amphitruoni sunt data,
 Abstulimus: facile meus pater quod volt facit.
 Nunc hodie Amphitruo veniet hic ab exer-
 citu, 140

Et

(1) Accennando la casa di Anfitrone.

L' ANFITRIONE. 17

Giove sta dentro là, ed ha scambiato
 Anch' ei la sua figura in quella appunto 195
 D' Anfitrione; tutti i servi credono
 Ch' egli sia quello, il quale all'apparenza
 Lor si dimostra; tanto si travisa
 Quando gli pare. Io poi tolta ho l'immagine
 Del servo Sofia, che si andò di quì 200
 Insieme con Anfitrione al campo,
 Per poter così meglio al padre amante
 Assistere, e far sì che de' domestici
 Nessun vada cercando ch' i' mi sia,
 Vedendomi così continuamente 205
 In casa bazzicare; onde credendo,
 Che un servo io sia, anzi un compagno loro,
 Nessuno mi dimanderà chi io sia,
 Che sia venuto a fare. Ora mio padre
 Si sollazza quì dentro, e in letto tiene 210
 Fra le braccia colei, che ama sì forte.
 Tutti i successi della guerra adesso
 Le racconta mio padre, ed ella crede,
 Standosi coll'adultero, che quello
 Sia suo marito. Intanto va mio padre 215
 Contandole in che modo egli abbia posto
 I reggimenti de' nemici in fuga,
 E com'egli abbia avuto in guiderdone
 Tanti gran doni. e quelli doni appunto,
 Che furon colà dati ad Anfitrione, 220
 Noi li furammo: a mio padre riesce
 Facile ciò ch' e' vuole. Anfitrione
 Oggi dunque verrà quà dall'esercito

Et servus, cujus ego hanc fero imaginem.
 Nunc internosse ut nos possitis facilius,
 Ego has habebō hic usque in petaso pinnulas.
 Tum meo patri autem torulus inerit aureus
 Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.
 Ea signa nemo horum familiarium 146
 Videre poterit: verum vos videbitis.
 Sed Amphitruonis illic est servus Sostia,
 A portu illic nunc cum laterna advenit.
 Abigam jam ego illum advenientem ab aedibus.
 Adest: ferit: operae pretium hic spectanti-
 bus (1). 151
 Jovem atque Mercurium facere histrioniam.

ACTUS PRIMUS SCENA I.

Sostia, Mercurius.

Qui me alter est audacior homo? aut qui
 me confidentior?
 Juventutis mores qui sciam, qui hoc noctis
 solus ambulem?
 Quid faciam nunc, si Tresviri me in car-
 cerem compegerint?
 Inde cras e promtuarum cella depromar ad fla-
 grum:
 Nec causam liceat dicere mihi, neque in bo-
 vo quidquam auxilii fiet: 5
 Nec

(1) Leggo, secondo Giano Palmieri, *adeste: eris
 perae &c.*

L' ANFITRIONE. 19

Con quel servo, del quale io fo figura.
Or io, perchè possiate voi distinguermi 225
Meglio, porterò sempre 'ste pennine
Su la berretta; e sotto la medesima,
Una trecciera d'oro avrà mio padre.
Anfitrione questo contrassegno
Non averà, nè questi segni alcuno 230
Potrà scorgere di questi famigliari;
Li vedrete però voi. Ma ve' là
Appunto Sofia, il servo d'Anfitrione,
Che se ne vien colla lanterna in mano
Dal porto a questa volta. Io vo', in che arriva
Discacciarlo dall'uscio. Eccolo quà. 236
A voi; che è cosa degna d'attenzione,
Veder Giove, e Mercurio far da comici.

ATTO PRIMO SCENA I.

Sofia , Mercurio

SI da un altr' uomo più ardito di me?
Si da più temerario, che, sapendo
Il costume de' nostri giovanastri,
Vò camminando solo sì di notte?
Che fare' io se i Tre or mi cacciaffero 5
Entro d'una prigione, e diman poi
Tratto dalla dispensa fossi mai
Dato in consegna a un buon gastigamatti?
E va ch' io potrei dir le mie ragioni,
O sperar qualche ajuto dal padrone. 10

B 2

Non

*Nec quisquam sit quin me omnes esse dignum
deputent: ita*

*Quasi incudem me miserum homines octo va-
lidi cedant: ita*

Peregre adveniens hospitio publicitus accipiar.

Haec heri immodestia coegit, me qui hoc

Noctis a portu ingratis excitavit. 10

Nonne idem hoc luci me mittere potuit?

Opulento homini hoc servitus dura est,

Hoc magis miser est divitis servos:

Noctesque diesque assiduo satis superque est,

Quo facto aut dicto adest opus, quietus ne sis. 15

Ipse dominus dives operis, & laboris expers,

Quodcumque homini accidit libere, posse retur:

Aequom esse putat: non reputat laboris quid sit:

Nec, aequom anne iniquom imperet, cogitabit.

Ergo in servitute (1) expetunt multa iniqua: 20

Ha-

(1) Frequentissimo presso di Plauto è l'uso della parola *expesere*, in vece di *accidere*, e talvolta *recidere*. Ved. sotto A. 1. S. 2. v. 33.

L' ANFITRIONE: 21

Non vi farebbe un can, che non dicesse
 Ben gli sta. Così io povero tapino,
 Posto nel mezzo a ott' uomini gagliardi
 Sarei benbene sonato a martello,
 Non altrimenti ch'io fossi un'incudine. 15
 E in tal maniera venendo di fuori
 Sarei con grande onore ricevuto
 Nel palazzo del Pubblico. E a questo
 L'indiscretezza del padron mi ha tratto;
 Che avendomi destato a malincorpo 20
 Mi ha voluto spedir dal porto a un'ora
 Di notte sì avanzata. Non poteva
 Per questo stesso mandarmi di giorno?
 Per questo è duro il servire un uom ricco,
 Per questo un servo di un ricco padrone 25
 E' più infelice, che non sono gli altri.
 E notte, e giorno non ci mancan mai
 Cose a bizzesse, e da fare, e da dire
 Senza un riposo, sempre v'è occasione
 Da star in moto. Un tal padrone poi 30
 Nel mezzo a una calca di faccende
 Standosi scioperato, qual sia cosa
 Che gli caggia in capriccio, la suppone
 Facile a eseguirsi, santa, e giusta;
 Nè riflette com'ella è faticosa, 35
 Nè considererà giammai se sia
 Doveroso sì, o no, quel che comandi.
 Quindi è che accadon poi molti servizi
 Indiscreti, ed ingiusti. Ma che ha a farfi?

Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.

M. *Satius est me queri illo modo servitutem hodie,*

Qui fuerim liber (1), eum nunc potuit pater

Servitutis: hic qui verna natus est, queritur.

Sum vero verna (2) verbero: Sol. (3) *Numero* *mibi in mentem fuit,* 25

Dis advenientem gratias pro meritis agere,
atque alloqui.

Næ illi ædopol, si merito meo referre studeant
gratias,

Aliquem hominem allegent, qui mi advenien-
ti os occillet probe:

Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ex
habui, atque irrita.

Merc. *Facit ille quod vulgo haud solent, ut*
quid se sit dignum sciat. 30

Sol. *Quod numquam opinatus fui, neque alius*
quisquam civium

Sibi eventurum, id contigit, ut salvi poti-
remur domum.

Victores victis hostibus legiones reverniunt do-
num,

Duello extincto maximo, atque internecatis
hostibus.

Quod

(1) Cioè compotem fecit servitutis.

(2) Onninamente dee leggerli. Sum vero verna verbo: cioè non re, sed verbo.

(3) Numero: nel significato di *optime, opportune* &c. è frequentissimo presso Plauto; ma qui leggo: *nuna*

L' ANFITRIONE. 23

Ci vuol pazienza, questa l'è una soma 40
 Che s'ha a portare per quanto 'la gravi.

Mer. Meglio e' fare', che lamentaffim' io
 A quel mo' del servire, che oggi fo,
 Quand'era io prima libero: mio Padre
 Mi ha fatto or servo suo. Costui, che nacque 45
 Schiavo, si lagna: io solo in apparenza
 Sono simile a lui. *Sof.* ve' se ho pensato
 Di far motto agli dei, e ringraziarli
 De' loro benefizj, nel mio arrivo?
 O a fè, che se e' voleffer render grazie 50
 Adequate al mio merito, dovrebbero
 Mandare qualchedun, che a prima giunta
 Il muso mi pestasse in buona forma,
 Giacch' io ho disgradato, e avuto a vile
 Tutto quel, che di bene mi hanno fatto. 55

Mer. Colui fa cosa, che comunemente
 Non si suol fare, cioè di conoscere
 Quello, che gli sta bene. *Sof.* Or quel, che nè io,
 Nè alcun altro farebbesi creduto,
 Che sani, e salvi tornassimo a casa, 60
 Ecco è avvenuto. I nostri reggimenti
 Vittoriosi tornano alla patria,
 Superati i nemici, e dato fine
 A una guerra grandissima, con molta

B 4 Stra-

num vero, coll' interrogazione in fine del v. seguente.
 E così costa bene il senso di quel che siegue circa la
 vendetta che dovevan prenderne gli dei.

24 A M P H I T R U O .

Quod multa Thebano populo acerba objecit
funera, 35

Id vi & virtute militum victum atque ex-
pugnatum oppidum est,

Imperio atque auspicio heri mei Amphitruo-
nis maxime .

Preda atque agro adoreaue affecit populares
suos ,

Regique Thebano Creonti regnum stabilivit
suum .

Me a portu præmisit domum , ut hæc nun-
tiam uxori sue : 40

Ut gesserit rempublicam ductu , imperio , au-
spicio suo .

Ea nunc meditabor , quo modo illi dicam ,
quum illo advenero .

Si dixero mendacium , solens meo more fecero .

Nam quom pugnabant maxime , ego fugie-
bam maxime .

Verumtamen , quasi affuerim simulabo , atque
audita eloquar . 45

Sed quo modo & verbis quibus me deceat
fabularier ,

Prius ipse mecum etiam volo hic meditari .
sic hoc proloquar .

Principio

L' ANFITRIONE. 25

Strage di loro. Quel castello, che 65
Avea recato tanti acerbi lutti
Al popolo Tebano, fu espugnato
E preso colla forza, e col valore
Dell' esercito nostro, e specialmente
Col comando, e l' auspizio del padrone 70
Mio Anfitrione, il quale di bottino
Di terreni, e di gloria militare
Ha arricchito i cittadini suoi,
E afficurò a Creonte Re di Tebe
Il trono suo. Ora dal porto a casa 75
Egli mi manda a raggugliar sua moglie
Com' e' si sia portato in questa sua
Spedizione a util della patria,
Colla condotta sua, col suo comando;
Colla fortuna sua. Ora io mi vo' 80
Andar facendo un tantino di esame
Com' io le abbia a dire quando io sia
Giunto 'n casa. Se io dirò bugia,
Io farò quello, che soglio far sempre.
E in ciò farò scusabil, perchè quando 85
Eran que' nel fervore della mischia,
Er' anch' io nel fervore del menare
Lo Spadone a due gambe. A ogni modo
Farò mostra di essermi trovato
Lì presente, e dirò quello, che ho' nteso. 90
Ma prima da me a me voglio anche un poco
Provarmi quì con che termini, e come
Sia più conveniente ch' io mi esprima.
M' introdurrò così. Sul bel principio

Quan.

ut illo advenimus , ubi primum
 terram tetigimus ,

Continuo Amphitruo delegit viros primorum
 principes :

Eos legat : Telebois jubet sententiam ut dicant
 suam . 50

Si sine vi & sine bello velint rapta & raptorum
 res tradere ,

Si , quæ asportassent , redderent ; se exerci-
 tum extemplo domum

Reducturum , abituros agro Argivos , pacem
 atque otium

Dare illis . sin aliter sient animati , neque
 dent quæ petat :

Sese igitur summa vi virisque eorum oppi-
 dum expugnassere . 55

Hæc ubi Telebois ordine iterarunt , quos præ-
 fecerat

Amphitruo , magnanimi viri freti virtute , &
 viribus ;

Superbi , nimis ferociter legatos nostros incre-
 pant .

Respondent , bello se & suos tutari posse :
 proinde uti

Propere de suis finibus exercitus deducerent . 60

L' ANFITRIONE. 27

Quando giugnemmo là, subito che 95
 Ponemmo il piede in terra, Anfitrione
 Scelse fra' suoi magnati que' più degni,
 E gli spedì ambasciatori, ordinando
 Lor d' intimare i sentimenti suoi
 A' Teleboi così: che in caso ch' eglino 100
 Voleffer colle buone, e senza l' armi
 Consegnar tutto ciò, che avean rapito,
 Con que', che aveffer fatto la rapina:
 Se voleffero render tutto quello,
 Che aveffer via portato; ch' egli subito 105
 Avrebbe ritirato le sue truppe,
 Averebbono i Greci sgomberato
 Dal loro territorio; e gli averebbono
 Lasciati in pace nella loro quiete.
 Ma in caso ch' essi fosser di diverso 110
 Sentimento; e voleffer non ridare
 Quello ch' e' dimandava, ch' egli allora
 Con tutte le sue forze, e colla gente
 Sua averebbe espugnato la lor Terra.
 Esposto ch' ebber in questa maniera 115
 Ogni cosa a' Teleboi que' nostri,
 Che Anfitrione avea prescelti a ciò,
 Uomini coraggiosi, confidati
 Nel valor, nelle forze, baldanzosi
 Color, con alterigia senza pari; 120
 Lor fanno una bravata, rispondendo:
 Bastar lor ben le forze a custodire
 E difender se stessi; e che pertanto
 Pensasser senza indugio a ritirare

Da'

*Haec ubi legati pertulere, Amphitruo castris
illico*

*Producit omnem exercitum . contra Teleboae
ex oppido*

*Legiones educunt suas, nimis pulchris armis
præditas .*

*Postquam utrimque exitum est maxima copia,
Dispertiti viri, dispertiti ordines: 65*

*Nos nostras more nostro & modo instruximus
legiones :*

Item hostes contra legiones suas instruunt :

Deinde utrique imperatores in medium exeunt

Extra turbam ordinum ; colloquuntur simul .

Convenit ; victi utri sint eo prælio , 70

Urbem , agrum , aras , focos , seque uti dederent .

*Postquam id actum est , tubæ utrimque ca-
nunt : contra*

Consonat terra : clamorem utrimque efferunt .

Imperator utrimque hinc & illinc Jovi

*Quid fit deinde? Br. dum haec aguntur, in-
terea uxorem tuam*

*Neque gementem, neque plorantem nostrum
quisquam audivimus:*

*Ita profecto sine dolore peperit. Amph. jam
istuc gaudeo,*

*Ut ut erga me est merita. Br. mitte isthaec,
atque haec quae dicam accipe.*

*Postquam peperit pueros, lavere jussit nos.
occoepimus. 50*

*Sed puer ille quem ego laevi, ut magnus est,
multum valet!*

Neque eum quisquā colligare quirit incunabulis.

*Amph. Nimia mira memoras! si isthaec vera
sunt, divinitus*

*Non metuo quin meae uxori latae suppetiae sient.
Br.*

(1) Non per lo timore, ma per la cerimonia usata anticamente nelle adorazioni, e specialmente ne' sagrifizi a qualsivoglia nume, eccetto che a Saturno, al quale sacrificavano a capo scoperto. *Macrob. l. 1. Sat. cap. 10.*

Anf. Parla pure. *Br.* Venuta oggi ella al punto 75

Di partorire, e intesasi venire
 All' utero le doglie, come accade
 A ogni donna di parto, invocò,
 Purificata, e col capo coperto,
 I dei immortali, che la soccorressero. 80

Ecco si sente all' improvviso un tuono;
 Con un terribil rimbombo. A principio
 Ci credevamo che precipitasse

La tua casa, la quale risplendeva
 Da capo a fondo, come fosse d' oro. 85

Anf. Allor che crederai d' aver tenutomi

A dondolo abbastanza, mi potresti
 Spacciar subito. Orsù, poi cosa avvenne?

Br. In questo mentre non vi fu niuno
 Di noi, che avesse sentito tua moglie 90
 Nè nicchiare, nè piangere; talmente
 Senza dolore alcuno partorì.

Anf. Oh, quanto a questo, ne godo, comunque

La si sia diportata con me. *Br.* Eh, lascia
 Coteste baje, e senti quel, ch' io dicoti. 95

Partorito ch' ella ebbe i due bambini,
 Ci ordinò di lavarli. noi ponemmo
 A farlo. Ma il bambin, che lavai io,
 Com' egli è grosso, com' egli è forzuto!
 Non ci fu chi potesselo fasciare. 100

Anf. Tu conti cose da fare stordire.

S' egli è così, io non ho dubbio alcuno,
 Che mia moglie abbia avuto qualche ajuto
 Da man divina. *Br.* Or ora ti farò

Dir

Br. *Magis jam faxo mira dices . postquam in cunas conditū est ;* 55

Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo Maximi ; continuo extollunt ambo capita .

Amph. hei mihi !

Br. *Ne pave . sed angues oculis omnis circumvisere : Postquam pueros conspicati , pergunt ad cunas citi .*

Ego cunas recessim rursum vorsum trahere & ducere ; 60

Metuens pueris ; mihi formidans : tantoque angues acrius

Persequi : postquam conspexit angues ille alter puer ;

Citus e cunis exfilit , facit recta in anguis impetum : Alterum altera apprehendit eos manu perniciter .

Amph. *Mira memoras ! nimis formidolosum facinus praedicas !* 65

Nam mihi horror membra misero percipit detis tuis .

Quid fit deinde ? porro loquere . Br. puer ambo angues enicat .

Dum haec aguntur , voce clara exclamat uxorem tuam .

Amph. *Quis homo ? Br. summus imperator divum atque hominum Juppiter .*

Is se dixit , cum Alcmena clam consuetum cubilibus , 70

Dir maggiormente, ch' elle sieno cose 105
 Davvero da stordire: Posto che
 Questo bambino fu dentro la culla
 Si lanciano giù a vol dall' abbaino
 Due grandissimi draghi colle creste.
 Nel posar ch' essi fecer, l' uno, e l' altro 110
 Rizzò la testa. *Anf.* Oimè! *Br.* Non dubitare.
 Cominciaron entrambi a girar gli occhi
 Sopra di tutti: ed in aver veduti
 I bambini, si avviano di botto
 Verso la culla. Io temendo non meno 115
 De' poveri bambini, che di me,
 Incominciai a ritirar la culla,
 Tirandomela meco or quà, e or là.
 I draghi allora con maggior ardenza
 Si posero a infeguirmi; ma veduti 120
 Che gli ebbe quel bambin, che ti dis'io,
 Lesto fa un salto fuori della culla,
 Si scaglia a dirittura sopra ai draghi,
 E a un batter d'occhio afferragli un per mano.
Anf. Tu mi conti un miracolo, una cosa 125
 Da atterrire chiunque; perchè sentomi
 Dalle parole tue raccapricciare
 Dal capo a' piedi. Come andò poi 'l fatto?
 Seguita a dire. *Br.* Il bambino gli strangola
 Tutti e due. In questo mentre ad alta voce 130
 Disse a tua moglie. *A.* Chi? *Br.* Colui, che ha il
 Imperio sopra agli uomini, e agli dei: (sommo
 Giove. egli disse d' essersi celata-
 mente addimesticato con tua moglie;

*Eumque filium suum esse qui illos angues vicerit:
Alterum tuum esse dixit puerum. Amph. pol
me haud poenitet*

*Scilicet boni dimidium mihi dividere cum Jove.
Abi domum, jube vasa pura actutum ador-
nari mihi,*

*Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetã. 75
Ego Tiresiam conjectorem advocabo, & consulam
Quid faciendum censeat; simul hanc rem ut
facta est eloquar.*

*Sed quid hoc? quam valide tonuit! di, ob-
secro vostram fidem!*

ACTUS QUINTI SCENA II.

Juppiter.

Bono animo es, assum auxilio, Amphitruo;
tibi & tuis.

*Nihil est quod timeas. hariolos, haruspices
Mitte omnis. quae futura & quae facta, eloquar:
Multo adeo melius, quam illi, quã sim Juppiter.
Primum omnium Alcumenae usuram corporis &
Cepi, & concubitu gravidam feci filio.
Tu gravidam item fecisti, quom in exercitum
Profectus.*

L' ANFITRIONE. 173

E che il bambin , che avea abbattuto i draghi ,
Era suo figlio , e quell' altro era tuo. 136
Ans. A fe ch' io non debbo essere scontento
Di qualche ben, ch' io abbia in questo mondo,
Farne porzione a Giove. Orsù, v' a casa,
E fammi, senza perdita di tempo, 140
Porre all' ordine i vasi sagri, acciò
Che io con abbondante sacrificio,
Possa implorar la grazia tua da Giove.
Io vo' andar a chiamarmi l' indovino
Tiresia, conferir con lui che cosa 145
Si debba fare in queste circostanze,
E raccontargli questi avvenimenti.
Ma, cosa è questa? che tuono gagliardo!
Santi numi del cielo, soccorretemi.

ATTO QUINTO SCENA II

Giove.

ANfitrione, allegramente, sono
Qui io 'n ajuto tuo, e di tua casa.
Non ci è di che temere. Lascia andare
Gl' indovini, gli aruspici, ed ogni altro.
Ti dirò io quello, che arà a succedere, 5
E quel ch' è stato, e meglio affai di loro,
Essendo Giove. In primo luogo sappi,
Ch' io ufai con Alcumena, e la 'mpregnai
Di un figlio, come facesti anche tu
Allora che partisti per l' esercito. 10

Fe-

uno partu duos peperit simul .
 Eorum alter, nostrò qui est susceptus semine,
 Suis factis te immortalì afficiet gloria . IO
 Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
 Redi . haud promeruit, quamobrem visio vorteres .
 Mea si subacta est facere . ego in caelum migro .

ACTUS QUINTI SCENA III.

Amphitruo .

FAciam ita ut jubes, & te oro, promissa ut
 serves tua .
 Ibo ad uxorem intro . missum facio Tiresiam senem .
 Nunc ; spectatores, Jovis summi caussa, clare
 plaudite .

FINIS AMPHITRUONIS .

L' ANFITRIONE. 175

Fece due figli a un parto. L' un di questi,
Il qual prodotto fu dal nostro seme,
Colle sue imprese t'immortalerà.

Tu torna nell' antica tua concordia
Con Alcumena tua moglie; poichè 15

~~La non si meritò, che tu te avessi~~
Ascritto a mancamento questo fatto.

Ella lo dovè fare sottomeffa

Dalla potenza mia. Io vado in cielo.

ATTO QUINTO SCENA III.

Anfitrione.

FArò quanto comandi, e io ti prego
Che tu mi attenda le promesse tue.
Entrerò da mia moglie, e lascerò
Ir in buon' ora il vecchio di Tiresia,
Or per amor di Giove, Udienza mia,
Ci farete un applauso strepitoso.

FINE DELL' ANFITRIONE;

L° ASINARIA

DI M. ACCIO PLAUTO

Tom. I.

M

M. ACCII PLAUTI

A S I N A R I A

DRAMATIS PERSONAE.

LIBANIUS, <i>servus.</i>	DIABOLUS, <i>adole-</i>
DEMAENETUS, <i>senex.</i>	<i>scens.</i>
ARGYPIPPUS, <i>adolescens.</i>	PARASITUS.
CLEAERETA, <i>lena.</i>	ARTEMONA, <i>uxor.</i>
LEONIDA, <i>servus.</i>	MERCATOR.
PHILENIUM, <i>meretrix.</i>	GREGX.

A R G U M E N T U M.

A Macti argento filio auxiliaviet
 Sub imperio vivens vult senex uxorio,
 Itaque ob a'inos relatum pretium Saureae
 Numeraviet jussit servolo Leonidae.
 Ad amicam id fertur. cedit noctem filius. 5
 Quinias anens ob praereptam mulierem;
 non omnem uxori per Parasitum nuntiat.
 Accurrit uxor, ac virum e lustris rapit.

L'ASINARIA

DI M. ACCIO PLAUTO.

PERSONAGGI.

LIBANO, servo.	DIOBOLO, giovane.
DEMENETO, vecchio,	PARASSITO.
ARGIRIPPO, giovane.	ARTEMONA, moglie.
CLERETA, ruffiana.	MERCATANTE.
LEONIDA, servo.	Compagnia de' comi-
FILENIA, cortigiana.	ci.

ARGOMENTO.

Vivendo il vecchio soggetto alla moglie,
 Vorrebbe sovvenire di danaro,
 Il qual non ha, l'innamorato figlio.
 Non potendo far altro, fa pagare
 Al servo suo Leonida quel prezzo 5
 Degli asini, che dar doveasi a Sauria.
 Questo danaro si porta all'amica
 Del figlio, il qual per gratitudin cede
 Una nottata al padre. Ma il rivale
 Del figlio infuriato dal vederfela 10
 Fatta così di mano con la donna,
 Fa saper tutto alla moglie del vecchio
 Per lo mezzo del parassito. Corre
 Ella, e strappa il marito dal bordello.

P R O L O G U S .

Hoc agite sultis, spectatores, nunc jam,
Quae quidem mihi atque vobis res vor-
tat bene,

Gregique huic, & (1) dominis, atque con-
ductoribus.

Face jam nunc tu, praeco, omnem auritum populum.

Age nunc reside: cave modo ne (2) gratis. 5

Nūc, quid processerim huc, & quid mihi voluerim,
Dicam; ut sciretis nomen hujus Fabulae.

Nam quod ad argumentum attinet, sane breve est.

Nunc quod me dixi velle vobis dicere,

Dicam: Huic nomen Graecae est (3) Onagos Fa-
bulae. 10

Demophilus scripsit, Marcus voritit (4) barbare:
Asinariam volt esse, si per vos licet.

Inest lepos ludusque in hac Comoedia.

Ridicula res est. date benigne operam mihi:

Ut vos item alias, pariter nunc Mars adjuvet. 15

AC-

(1) Il Lambino legge *domixo*, e l'interpreta *por-
zae*, non so quanto propriamente. Io per *dominis*
suppongo, che s'intenda di coloro, *qui praecerant* alla
compagnia de' comici. *Conductores* eran coloro, i qua-
li *conducebant operam histrionum*.

(2) Mi pajon tutti arzigogoli quelli, che fa quì il
Lambino per sostener la lezione di *gratis*. Io ho se-
guito quella di coloro che hanno *graxis*, quantunque
il metto non la comporti.

(3) *ὄνυγος*, cioè *asinarius*, che convertito nella fre-
quen-

Libanus, Demaenetus .

Sicut tuum vis unicum gnatum tuae
 Superesse vitae, sospitem & superstitem:
 Ita te obtestor, per senectutem tuam,
 Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam;
 Si quid mecum erga tu hodie falsum dixeris, 5
 Ut tibi superstes uxor aetatem fiet:
 Atque illa viva vivus ut pestem oppetas .

Dem. Per deum Fidium quaeris: jurato mihi
 Video necesse esse eloqui, quidquid roges:
 Ita me obstinate aggressus, ut non audeam 10
 Profecto, percunctanti quin promam omnia .
 Proinde actutum istud quid sit, quod scire expetis,
 Eloquere: ut ipse scibo, te faciam ut scias .

Lib. Dic, obsecro, hercle serio, quod te rogem .
 Cave mihi mendacii quidquam . **Dem.** quin
 tu ergo rogas? 15

Lib. Num me illuc ducis (1) ubi lapis lapidem terit?
Dem. Quid istuc est? aut ubi est istuc terrarum loci?

Lib.

(1) Intende del mulino .

L'ASINARIA. 183
ATTO PRIMO. SCENA I.

Libano, Demeneto.

PER quanto tu desideri, che'l tuo
Unico figlio sopravviva a te
Sano, e salvo, io pregoti e scongiuroti
Per cotesta vecchiezza veneranda,
E per quella tua moglie, che ti fa 5
Tremare, di dirmi or la verità,
E in caso diverso, che tua moglie
Possa a te sopravvivere per un secolo,
E vivente colei possa tu andare
A tirare l'ajuolo. *Dem.* Affeddio! 10
M'hai fatto uno scongiuro, ch'io mi veggio
Costretto a dirti, ancor con giuramento,
Qualunque cosa mi dimanderai.
Tu m'hai dato sì fatta stretta, e in modo
Tale m'hai serpentato, che non mi 15
Darebbe il cuore di non isborrarti
Quanto mi dimandassi. E perciò spacciati
A dirmi che desideri sapere;
Che in quello istesso mo', che il saprò io
Farò che 'l sappia ancora tu. *Lib.* Rispondimi,
Te ne prego, in sul sodo; astienti di 21
Dirmi una bugiuzza. *Dem.* Non ti spacci
Ancora a dirmi cosa vuoi sapere?

Lib. Mi menassi tu mai dove una pietra
Frega l'altra? *Dem.* Cotesto, che vuol dire? 25
O in che parte del mondo è questo luogo?

M 4

Lib.

Lib. *Ubi flent nequam homines , qui polentam pransitant .* (re,

Dem. *Quid istuc sit , aut ubi istuc sit , nequeo nosce-*
Ubi flent nequam homines , qui polentam pran-
sitant . 20

Lib. *Apud fustitudinas ferricrepinas insulas ,*
Ubi vivos homines (1) mortui incurfant boves .

Dem. *Modo pol percepi , Libane , quid istuc sit loci ,*
Ubi fit polenta , te fortasse dicere . Lib. *ab!*
Neque hercle ego istuc dico , nec dictum volo . 25
Teque obsecro hercle , ut , quae locutus , despuas .

Dem. *Fiat : geratur mos tibi .* Lib. *age age*
usque exscrea .

Dem. *Etiarne?* Lib. *quaeso hercle usque ex pe-*
nitis faucibus .

Dem. *Etiarn?* Lib. *amplius .* Dem. *nam quo-*
usque? Lib. *usque ad mortem volo .*

Dem. *Carvesis malam rem .* Lib. *uxoris dico ,*
non tuam . 30

Dem. *Dono te ob istuc dictum , ut expers sis metu .*

Lib. *Dè tibi dent , quaecumque optes .* Dem.
redde operam mihi .

Cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi ,
Propterea quod me non scientem feceris?

Aut cur postremo filio succenseam , 35
Patres ut faciunt ceteri? Lib. *quid istuc novi est?*

Dem.

(1) Intende delle correggie di pelle di bue.

Lib. Ove piangendo stan certi arfafatti,
I quali son pasciuti di polenta?

Dem. Io non aggiungo a comprender che cosa,
O che luogo sia questo, che tu di'. 30
Dove piangendo stan certi arfafatti,
I quali son pasciuti di polenta.'

Lib. In quell' isole là zombacchiatricie,
Ferrimoreggianti, dove i buoi
Morti si ferran agli uomini vivi. 35

Dem. Ora sì che ho compreso quale sia
Cotesto luogo. tu forse vorrai
Dir quel luogo, ove fassi la polenta.

Lib. Oibò. nè intendo di questo, nè vo'
Che di questo s'intenda. e io ti supplico 40
A sputar via cotesto, che tu hai detto.

Dem. Così si faccia: a voglia tua. *Lib.* Via, via:
Spurga fuora: *Dem.* Ti basta? *Lib.* Fammi grazia
Di trarlo fin dal fondo delle fauci.

D. Basta adesso? *L.* Anche più. *D.* E sino a quanto?

Lib. Insin che muoja. *Dem.* Sta'n cervello, ch'io 46
Non ti deffi'l malanno. *Lib.* Intendo dire
Tua moglie, non già tu. *Dem.* In guiderdone
Di un tal concetto, i' ti assolvo da ogni
Timore: *Lib.* Il ciel ti faccia quelle grazie, 50
Che desideri più. *Dem.* Or senti a me.

Chi mi ci mette d'andarti spiando,
O minacciando perchè non m'hai fatto
Inteso dell'intrigo? O perchè in fine
M'avrei a ncollorire con mio figlio, 55
Come fan gli altri padri? *Lib.* Che vuol dire

Tal

Dem. Equidem scio jam, filius quod amet meus
Istanc meretricem e proximo Philenium.

Estne hoc, ut dico, Libane? Lib. rectam in-
stas viam.

Ea res est, sed eum morbus invasit gravis. 40

Dem. Quid morbi est? Lib. quia non suppetunt
dictis data.

Dem. Tunc es adjutor nunc amanti filio?

Lib. Sum vero, & alter noster est Leonida.

Dem. Bene hercle facitis, & a me initis gratiam.

Verum meam uxorem, Libane, nescis qualis fiet? 45

Lib. Tu primus sentis, nos tamen praenoscimus.

Dem. Fateor eam esse importunam, atque in-
commodam.

Lib. Posterius istuc dicis, quam credo tibi.

Dem. Omnes parentes, Libane, liberis suis,

Qui mihi auscultabunt, facient obsequiam: 50

Quippe qui magis amico utatur gnato & benevolo:

Atque ego me id facere studeo. volo amari a meis,

Volo me patris mei similem: qui causa mea

Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,

Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem. 55

Neque puduit eum id aetatis sycophantias

Struere, & beneficiis me emere gnatum suum sibi.

L'ASINARIA. 187

Tal novità! *Dem.* Io già so molto bene,
 Che mio figlio è invaghito di cotesta
 Cortigiana Filenia, vicina

Nostra. Non è così, Libano? *Lib.* Parmi 60
 Che tu la pigli per lo verso suo.

Il fatto così sta. Ma egli è affalito
 Da un fiero male. *Dem.* Che male? *Lib.* Il mal è,
 Ch'egli fa fango delle sue parole.

Dem. L'assisti tu mio figlio in questi amori? 65

Lib. Tanto è, io, e l'altro, che l'assisti è il nostro
 Leonida. *Dem.* Ben fatto, e i' ve ne resto

Tenuto. Ma tu, Libano, non sai
 Com'è mia moglie. *Lib.* Il primo a saperlo
 Se' tu, noi poi andiamo immaginandocelo. 70

Dem. L'è pur la donna ritrosa, e indiscreta.

Lib. Io te lo credo innanzi che mel dica.

Dem. Libano caro, tutti i genitori,
 Che volessero fare a modo mio,
 Dovrebbon ir ai versi a' figli loro, 75
 Che così meglio godrebbon l'affetto,
 E la benevolienza d'un figliuolo.
 Questo è quel, che m'ingegno di far io.
 Io vo' l'amor de' miei: io vo' imitare
 Mio padre, il qual, per amor mio vestitosi 80
 Da marinajo, con una marachiella,
 Si portò via da un mezzano una donna,
 Che amava io. Nè si vergognò punto egli
 Di quell'età andar facendo trappole,
 E così accattivarsi un figlio con le 85
 Sue amorevolezze. Io mi son fermo

Se-

*Eos me decretum est persequi mores patris.
 Nam me hodie oravit Argyrippus filius,
 Uti sibi amanti facerem argenti copiam: 60
 Et id ego percupio obsequi gnato meo.
 Volo amoris obsecutum illius, volo amet me patrem.
 Quamquam illum mater arte contentaque habet,
 Patres ut consueverunt: ego mitto omnia haec.
 Praesertim quum is me dignum, quoi concrederet,
 Habuit, me habere honorem ejus ingenio decet: 66
 Quum me adiit, ut pudentem gnatum aequum
 est, patrem;*

Cupio esse amicae quod det argentum suae.

Lib. *Demiror, quid sit, & quo evadat, sum in metu.*

Dem. *Equidem scio jam, filius quod amet meus. 70*

Lib. *Cupis id, quod cupere te nequidquam intellego.*

Dotalem servum Sauream uxor tua

Adduxit, cui plus in manu sit, quam tibi:

Dem. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.*

Nunc verba in pauca conferam, quid te velim. 75

Seguir questi costumi di mio padre.
 E perciò avendo sta mane pregatomi
 Argirippo mio figlio, ch'io gli dessi
 Qualche danaro per gli amori suoi, 90
 Ho sommo desiderio di poterlo

In questo compiacere. Voglio che
 Si secondin gli amori suoi, vo' che
 Voglia egli bene a suo padre. Benchè
 Sua madre tienlo colla briglia stretta, 95

Come son usi fare gli altri padri;
 Ma io lascio ire questi modi loro;
 Massimamente avendomi e' stimato
 Degno di farmi questa confidenza.

Bisogna, che da me si renda onore 100

Alla buon' indol sua, giacch'è ricorso
 Da me, che son suo padre, come deve
 Far ogni figlio costumato; ond'è
 Ch'io desidero ch'egli abbia danaro
 Da poter dare all' amica. *Lib.* E' mi fa 105
 Porre'n sospetto cosa voglia dire,
 E temo dove possa ir a parare.

Dem. Torno a dire ch'io so, che il mio figliuolo
 E' innamorato. *Lib.* E' mi pare che tu abbia
 Un desiderio vano. La tua moglie 110
 Quando si maritò, si menò seco
 In casa tua quel suo servo dotale
 Sauria, il qual ha di te maggior dominio.

Dem. Mi piacque aver danari, e per la dote
 Mi son venduto il dominio. Or ti vo' 115
 In due parole dir quel, ch'io desidero

Dal

Viginti jam usu' st filio argenti minis.

Face id ut paratum jam sit. Lib. unde gentium?

Dem. *Me defraudato. Lib. Maximas nugae agis.*

Nudo detrabere vestimenta me jubes.

Defrudem de ego? age sis, tu sine pennis vola. 80

Tene ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu?

Nisi quid tu porro uxorem defraudaveris.

Dem. *Qua me, qua uxorem, qua tu servum Sauream*

Potes, circumduce, aufer. promitto tibi

Non offuturum, si id hodie effeceris. 85

Lib. *Jubeas una opera me piscari in aere,*

Venari autem rete jaculo in medio mari.

Dem. *Tibi optionem sumito Leonidam,*

Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.

Perficito, argentum hodie ut habeat filius, 90

Amicae quod det. Lib. quid ais tu, Demaenete?

Quid si forte in insidias devenero?

Tu redimes me, si me hostes interceperint?

Dem. *Redimam. Lib. tum tu igitur aliud cura*

quid lubet.

Dem. *Ego eo ad forum, nisi quid vis. Lib. i;*

etiamne ambulas? 95

Dem. *Aequae audin' etiam? Lib. ecce. Dem. si*

quid te volam, ubi eris?

Lib. *Ubicumque libitum erit animo meo.*

- Dal fatto tuo. Bisognano a mio figlio
 Ora dugento scudi. Fa per modo,
 Che questa somma or sia pronta. *L.* E di dove?
D. Giunta me. *L.* Tu dai'n tinche. Egli sarebbe 120
 Come ordinar ch'io spogliassi un ignudo.
 Io giuntar te? Orsù vola un po' tu
 Senza penne, Giuntar io te? il quale
 Non hai nulla per te; se pur non fosse
 Che tu ancora truffassi qualche cosa 125
 A tua moglie. *Dem.* Raggira, ruba, me,
 Mia moglie, Sauria, come ti potrà
 Me' venir fatto; che io t'imprometto
 Di non esserti punto in ciò di ostacolo,
 O nocumento, se oggi ci riesci. 130
Lib. Egli faria lo stesso, che pretendere
 Ch'io pescassi nell'aria, o col frugnolo
 Andassi a caccia in mezzo al mare. *D.* Scegliti
 Per camerata Leonida. macchina,
 Mesta quello che vuoi; fa di maniera, 135
 Che oggi mio figlio abbia il danajo, che dee
 Dar all'amica. *Lib.* Dimmi un po', Demeneto,
 Dato ch'io mai'ncappassi in qualche laccio,
 E rimanessi colto in man de' miei
 Nemici, mi riscatti? *Dem.* Ti riscatto. 140
Lib. E quando è questo, bada ad altro. *D.* Io vado
 Sino'n piazza, qualora non ti occorra
 Nulla da me. *Lib.* Va pure. non cammini?
Dem. Oh, senti un'altra cosa. *Lib.* Eccomi quì.
Dem. Dove farai, s'io mai volessi nulla 145
 Da te? *Lib.* Dovunque mi verrà capriccio.
 Oh,

*Profecto nemo est, quem jam dehinc metuam mihi,
Ne quid nocere possit : cum mihi tua
Oratione omnem animum ostendisti tuum. 100
Quin te quoque ipsum facio haud magni, si
hoc patro.*

Pergam quo occoeperam, atque ibi consilia exordiar.

Dem. *Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium.*

Lib. *Nempe in foro? Dem. ibi. si quid opus fuerit. Lib. meminero.*

Dem. *Non esse servus pejor hoc quisquam potest, 105
Nec magis versutus, nec quo ab caveas aegrius.
Eidem homini, si quid recte curatum velis,
Mandes : moriri sese misere mavelet,
Quam non perfectum reddat quod promiserit.
Nam ego illud argentum tam paratum filio 110
Scio esse, quam me hunc scipionem contui.
Sed quid ego cesso ire ad forum, quod incoeperam?
(Ibo,) atque ibi manebo apud argentarium.*

Oh, a se che d' ora innanzi non ci è alcuno,
 Che mi metta paura, ch' e' mi possa
 Far male alcuno; quando tu col tuo
 Parlare, che m' hai fatto, mi hai scoperto 150
 Tutto l' animo tuo. anzi, se vuoi
 Ch' io dica il vero, poco conto fo
 Ancor del fatto tuo, s' io giungo a fare
 Questo servizio. Voglio incamminarmi
 Per dove ho destinato, e lì mi voglio 155
 Metter a consultare. *Dem.* O, odi tu?
 Io farò presso 'l banchiere Archibulo.

Lib. Val dire, in piazza. *D.* Appunto. se occorresse
 Nulla. *L.* L'avrò in memoria. *D.* Non può darli
 Servo più tristo di costui, nè più 160
 Trincato, nè da chi sia più difficile
 Guardarti. Egli è poi tal, per lo contrario,
 Che volendo un servizio ben fatto,
 A lui l' hai da commettere. Più tosto
 Sare' contento di crepare, che 165
 Non condurre ad effetto quel che avesse
 Promessoti. È per questo io son così
 Sicuro, che il danaro, ch' io gli ho detto,
 L' è bello che trovato per mio figlio,
 Come di aver questo bastone in mano. 170
 Ma a che tardo più io d' andare in piazza,
 Dov' ero 'ncamminato? Lasciam' ire,
 E trattenermi presso del banchiere.

Argyrippus .

Siccine hoc fit? foras aedibus me ejici?
 Promerenti optume hoc sine pretii redditur?
 Bene merenti mala es, male merenti bona es,
 At malo cum tuo; nam jam ex hoc loco
 Ibo ego ad Tresviros, vestraque ibi nomina
 Faxo erunt; capitis te perdam ego & filiam,
 Perlecebrae, perniciēs, adolescentum exitium.
 Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum,
 Nam in mari repperi, hic elavi bonis.
 Ingrata atque irrita esse omnia intellego 10
 Quae dedi, & quod benefeci: at posthac tibi,
 Male quod potero facere, faciam, meritoque
 id faciam tuo.
 Ego pol te redigam eodem unde orta es, ad
 egestatis terminos.
 Ego aedepol te faciam, ut quae sis nunc, &
 quae fueris scias.
 Quae priusquam istam adii, atque amans
 ego animum meum isti dedi, 15
 Sordido vitam oblectabas pane, in pannis inopia,

As.

L'ASINARIA. 195
ATTO PRIMO SCENA II.

Argirippo.

Così si tratta, eh? cacciarmi fuori
Di casa? è questo il contraccambio, che
Si rende a un che ti ha fatto tanto bene?
Con chi si porta ben, ti porti male,
Con chi si porta mal, ti porti bene. 5
Ma guai per te: perchè or da questo luogo
Me n'andrò a' Tre, e vi dinunzierò.
Io farò condannarvi a vita tutte
Due, madre, e figlia, allettatrici indegne,
Danno, e rovina della gioventù. 10
Il mare non è mare, mare orribile
Siete ben voi; perch'io nel mare ho trovato
Le sostanze, ma 'n casa vostra n'ho
Fatto getto. Conosco or molto bene,
Che fu gettato, e seminato al vento 15
Quanto vi ho dato, e vi ho beneficato.
Ma d'ora innanzi quanto mal potrò
Farti, te lo farò; e ti starà
Il tuo dovere. A se ti ridurrò
Di nuovo a quell'estremità, fra cui 20
Nascesti. E che sì, che io ti farò
Conoscer chi se' ora, e chi sei stata.
Poichè prima ch'io m'accostassi a tua
Figlia, e cieco d'amor le dessi 'l cuore,
Te la passavi con del pan da cani, 25
Fra' cenci, e la scarfezza d'ogni cosa.

N 2

E

*Atque ea si erant, magnas habebas omnibus
dis gratias.*

*Eadem nunc, quom est melius, me, cujus
opera est, ignoras, mala.*

*Reddam ego te ex fera, fame mansuetam,
me specta modo.*

*Nam isti quod succenseam ipsi, nihil est: ni-
hil quidquam meret.* 20

*Tuo facit jussu, tuo imperio paret: mater
tu, eadem hera es.*

*Te ego ulciscar, te ego ut digna es, perdam,
atque ut de me meres.*

*At scelesta viden' ut ne id quidem me di-
gnum esse existumat,*

*Quem adeat, quem colloquatur, cuique irato
supplicet?*

*Atque eccam, illecebra exit tandem; opinor
hic ante ostium* 25

*Meo modo loquar. quae volam, quoniam in-
tus non licitum est mihi.*

ACTUS PRIMI SCENA III.

Cleacreta, Argyrippus.

U Numquodque istorum verbum nummis Phi-
lippeis aureis
Non potest auferre hinc a me, si quis emtor venerit.

Nec

L'ASINARIA. 197

E quando avevi qualcosa di queste,
 Ne ringraziavi a man giunte gli dei.
 E or che ti vedi in istato migliore,
 Birba, più non conosci me, per opra 30
 Di chi ci sei. ma lascia far a me,
 Che da selvaggia ti ammanfirò io
 Ben colla fame. E dico a te, perchè
 Avrei'l torto a pigliarmela con quella,
 Che non ci colpa a nulla. quel che fa, 35
 Lo fa per ordin tuo, la ti sta sotto.
 Tu le sei madre, tu le sei padrona.
 Te castigherò io, te manderò
 In rovina, siccome tu ti meriti,
 E di me spezialmente. Ma ve' se 40
 La scellerata nè meno mi degna
 Di venirmi a trovare, di parlarmi,
 Di veder di calmarmi! ma ecco, che
 Viene fuori alla fin l'allacciatrice.
 Quì innanzi all'uscio credo ch'io potrò 45
 Dir a mio modo quel, che vorrò io,
 Giacchè non ho potuto farlo in casa.

ATTO PRIMO SCENA III.

Clereta, Argirippo.

Ciascuna di coteste tue parole
 T'ha a costar tanto, che se capitasse
 Chi volesse comprarfele da me,
 Nè men l'avria a un filippo d'oro l'una.

N 3

Tut-

Nec recte quae tu in nos dicis, aurum atque argentum merum' st.

Fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis.

Remigio veloque quantũ poteris, festina & fuge. Quam magis te in altum capeffis, tam aestus te in portum refert. 6

Arg. Ego pol istum portitorem privabo portorio. Ego te debinc, ut merita es de me & mea re, tractare exsequar:

Quom tu me, ut meritus sum, non tractas, quae ejicis domo.

Cl. Magis istuc percipimus lingua dici, quam factis fore. 10

Arg. Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli:

Solus si ductem, referre gratiam numquam potes.

Cl. Solus ductato, si semper solus quae poscam dabis. Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.

Arg. Qui modus dandi? nam numquam tu quidem expleri potes. 15

Modo quod accepisti, haud multo post aliquid quod poscas, paras.

Cl. Quid modi' st?

Tutti quegl'improperj, che tu sverti 5
Contro di noi son oro, e argento pretto.

Il cuor tuo sta confitto a casa nostra
Col chiodo di Cupido. mena pure
Le mani, e fuggi quanto mai potrai
A remi, e a vele. Quanto più ti allarghi 10
In mare, tanto ti riduce più

Nel porto la marea. *Arg.* I' priverò
Ben io, cotesto guardian del porto
Del suo ancoraggio: ti tratterò io
In quel mo', che tu meriti di me, 15
E del ben, che ti ho fatto; poichè tu
Con cacciarmi di casa, me non tratti
In quella guisa, che mi merito io.

Cl. No' abbiamo appreso coll'esperienza
Che son cose coteste, che si dicono, 20
E non si fanno. *Arg.* Io solo fui colui,
Il qual ti tolsi da quella tua vita
Solitaria, e mendica; onde se solo
Mi godesti tua figlia, non potresti
Nemmeno compensarmene. *Cl.* E tu goditila
Solo per sempre, purchè sempre solo 26
Tu mi dia ciò ch'io chieggati. Fa conto
Che io te l'abbia promessa per sempre,
A condizione, che tu regga a dare:

Arg. E quando mai si finirà di dare? 30
Non sai faziarti mai. Avuta che hai
Una cosa, non passane un momento,
Che ti apparecchi a dimandarne un'altra.

Cl. E quando mai si finirà? Di' un poco,

ductando , amando , numquamne expleri potes ?

Modo remisisti , continuo jam ut remittam ad te rogas .

Arg. Dedi equidem quod mecum egisti . Cl. et tibi ego nisi mulierem .

Par pari datum hostimentu' st , opera pro pecunia .

Arg. Male agis mecum . Cl. quid me accusas , si facio officium meum ? 21

Nam neque fictam usquam , neque pictum , neque scriptum in poematis ,

Ubi lena bene agat cum quiquam amante , quae frugi esse volt .

Arg. Mibi quidem te parcere aequum est tandem , ut tibi durem diu .

Cl. Non tu scis ? quae amanti parcat , eadem sibi parcat parum . 25

Quasi piscis , itidem est amator lenae : nequam est , nisi recens .

Is habet succum , is suavitatem : eum quovis pacto condias ;

Vel patinarium vel assum : verses quo pacto lubet .

Is dare volt , is se aliquid po'ci . nam ubi de pleno promitur ,

Neque ille scit quid det , quid damni faciat ; illi rei studet : 30

Volt placere sese amicae , volt mihi , volt pedissequae ,

Volt famulis , volt etiam ancillis ;

Tu non fa' mai faziarti di godertela, 35
 D'amoreggiare? avrai rimandatala
 Adesso a casa, e allora allor mi chiedi
 Che io te la rimandi. *Arg.* E io ti ho dato
 Quello, che m'hai richiesto. *C.* E i' ti ho mandato
 La donna a casa. Fosti compensato 40
 Con contraccambio eguale. tu danaro,
 Ella l'opera sua. *Arg.* Tu ti diporti
 Male con meco. *Cl.* A che accusarmi, se
 Io fo 'l dovere mio? Non troverai
 Nè modellato, nè dipinto, nè 45
 Scritto, che una ruffiana, che volesse
 Pur fare il dover suo, si diportasse
 Mai ben con un amante. *Arg.* Pur vorrebbe
 La discrezione, che mi risparmiassi.
 Perch'io ti possa regger lungamente. 50
Cl. Ma non fai tu? colei, la qual risparmia
 L'amante suo, poco risparmia se.
 L'amante per una ruffiana è come
 Il pesce; non val nulla s'e' non è
 Fresco. Fresco egli ha sugo, egli ha sapore. 55
 Cuocilo pur d'ogni maniera; o in teglia,
 O arrostito: ne fai ciò che ne vuoi.
 Egli ha piacer di dare, e snocciolare,
 E che un glie ne dimandi. perchè quando
 Un toe dall'abbondanza, nè fa egli 60
 Ciò che e' si dia, nè lo scapito ch'egli
 Faccia: a quello sol bada. vuol andare
 A grado alla sua bella, a me, alla donna
 D'accompagnò, a' famigli, anco alle serve

Si. 1

Et quoque catulo meo

Subblanditur novus amator, se ut quom videat, gaudeat.

Vera dico. ad suum quemque hominem quaestum esse aequum est callidum.

Arg. Perdidici isthaec esse vera, damno cum magno meo. 35

Cl. Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas:

Nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.

Arg. Non meum est. Cl. nec meum quidem aedepol, ad te ut mittam gratiis.

Verum aetatis atque honoris gratia hoc fiet tui:

Quia nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi;

Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum, 41

Hanc tibi noctem honoris causa gratiis dono dabo.

Arg. Quid, si non est? Cl. tibi non esse credam. illa alio ibit tamen.

Arg. Ubi illaec quae dedi ante? Cl. abusa. nam si ea durarent mihi,

Mulier mitteretur ad te: numquam quidquam poscerem. 45

Diem, aquam, solem, lunam, noctem, haec argento non emo:

Cetera quaeque volumus uti, (1) Graeca mercamur fide.

Quom a pistore panem petimus, vi-

(1) Cioè non a credenza, ma a danaro contante, poichè i Greci non habebant fidem de pretio.

Sino al canino mio fa vezzi un nuovo 65
 Avventore, acciocchè quando e' lo vegga,
 Faccia festa. Io la dico come sta.

Ognun dev'esser dextro al suo mestiere.

Arg. Pur troppo ho appreso, e con mio sommo
 Che son coteste tutte verità. (danno, 70

Cl. Oh, a fe, che se tu avessi ora che dare,
 Faresti altro parlare. Or che non hai
 Nulla, pretendi scaricar le some
 Con darci 'n pagamento villanie.

Arg. E' non è mio costume. *Cl.* Nè pur mio 75

Di mandartela a ufo. Ma a riguardo
 Dell'antica amicizia, e insiem per farti
 Onore, noi farem così: giacchè

Fosti piuttosto d'utile a no' altre,
 Che di decoro a te; se mi si mettono 80
 In mano ben contati mille, e due
 Cento ducati, io, per farti un favore

Ti voglio regalar questa nottata
 Gratis. *Arg.* E s'io non gli ho? *Cl.* Io crederò

A te, che tu non gli abbia, e colei 'ntanto 85
 Andrà altrove. *Arg.* E dov'è quello, ch'io ho

Cl. S'è consumato; perchè se durasse, (dato?
 Tu averesti la donna in casa tua:

Nè ti chiederei nulla. Quello ch'io
 Non compero a contanti è il giorno, l'acqua;
 Il sol, la luna, la notte; ma l'altre 91

Cosè, che ci bisognan, le compriamo
 Co' danari alla man senza credenza.

Quando andiamo a comprar pan dal fornajo,

vinum ex oenopolio ,

Si aes habent, dant mercem. eadem nos disciplina utimur .

Semper oculatae manus nostrae sunt , credunt quod vident . 50

Vetus est, (1) Nihili cocio est: scis (2) cuius? non dico amplius .

Ar. Aliam nūc mihi orationem despoliato praedicas:

Longe aliam , inquam , praebes nunc atque olim , quum dabam :

Aliam atque olim , quum illiciebas me ad te blande ac benedice :

Tum mihi aedes quoque arridebant , cum ad te veniebam , tuae . 55

Me unice unum ex omnibus te , atque illam amare , ajebas mihi .

Ubi quid dederam , quasi columbae pulli in ore ambae meo

Usque eratis : meo de studio studia erant vestra omnia .

Usque adhaerebatis : quod ego jufferam , quod volueram ,

Faciebatis : quod nolebam ac vetueram , de industria 60

Fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius. Nunc neque quid velim

ne-

(1) Cioè *Nihil moramur cocionem* , il mezzano de' contratti, il quale legittimava i contratti , e afficcurava il venditore del prezzo, quando questo non interveniva prontamente .

(2) *Cuius sis hoc verbum .*

L' A S I N A R I A. 205

Vino dall'oste, se hanno i quattrini, 95

Ci dan la roba. La regola istessa

Tenghiamo noi. In ogni nostro affare

Le mani nostre han gli occhi, quello credono,

Ch' elle vedono. Egli è proverbio antico:

Il sensal non mi serve. e fai di chi 100

E' questo detto? Or io non ti dico altro.

Arg. Altro parlar mi fai or, che mi vedi

Ridotto al verde. so dir di gran lunga

Differente da quel quand' io porgeva.

Sì, diverso da quel, che mi facevi 105

Un tempo, che cercavi incalappiarmi

Con que' tuoi lezj, e con dolci parole.

Allor faceanmi festa ancor le mura

Della tua casa, quando arrivava io.

Mi davi allora a intender, che fra tutti 110

Gli altri, era io sol colui, cui tu, e colei

Unicamente volevate bene.

Qualor vi avess' io dato qualche cosa,

Vi stavate appiccate alla mia bocca

Come due pippioni di continuo. 115

Ogni vostro volere dipendeva

Dal voler mio: vi cucivate a me:

Facevate quel, ch'io v'aveffi 'mposto,

Quel, ch'io aveffi voluto: e quel che io

Non aveffi voluto, o che vi aveffi 120

Proibito, con tutto il vostro studio

V'ingegnivate di fuggire, nè

V'arrischiavate di farlo; ora, birbe,

Non fate conto nè di quel ch'io vogliamo,

Ne

- neque nolim, facitis magni, pessumae.
- Cl.** Non tu scis? hic noster quaestus aucupii
simillimus est.
- Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum:
Aves assuescunt. Neesse est facere sumtum,
qui quaerit lucrum. 65
- Saepe edunt: semel si captae sunt, rem sol-
vunt aucupi:
- Iidem hic apud nos. aedis nobis area est,
auceps sum ego,
- Esca est meretrix, lectus illix est, amatores aves:
Bene salutando consuescunt, compellendo blan-
diter,
- Osculando, oratione vinnula, venustula. 70
- Si papillam pertractavit, haud est ab re aucupis.
Savium si sumsit, sumere eum licet sine retibus.
Haecine te esse oblitum, in ludo qui fuisti
tamdiu?
- Arg.** Tua ista culpa est, quae discipulam se-
midoctum abs te amoves.
- Cl.** Remeato audacter; mercedem si eris nactus:
nunc abi. 75
- Arg.** Mane, mane, audi: dic, quid me aequum
censes pro illa tibi dare,
Annum hunc

Nè di quel ch'io non vogliami. *Cl.* Non fai?

Questa nostr' arte ell' è simile in tutto 126

Alla caccia. Allor quando il cacciatore

Ha dato affetto all' aja , su vi sparge

L' esca. Gli uccelli s' auvano a quella.

Deve spender chi cerca guadagnare. 130.

Mangiano spesso ; ma una volta che

C' incappino , soddisfano ogni danno

Al cacciatore : sì nè più nè meno

Succede presso noi . La casa è l' aja

Nostra , l' uccellator son io , l' esca 135

Ell' è la cortigiana , ed il zimbello

E' il letto , gli amanti son gli uccelli .

S' affuevano colle cirimonie ,

Con salutì garbati , con bacciarli ,

Con certe paroline sdilinquite , 140

Vezzosette . Se e' volle brancicare ,

Non è cosa la qual non torni bene

Al cacciatore , S' egli colse un bacio ,

Si lascia corre senza dar di mano

Alle reti . E' possibile che tu fieti 145

Sdimenticato queste cose , essendo

Stato alla nostra scuola tanto tempo ?

Arg. Ci colpi tu , che licenzj' l' discepolo ,

A mezzo 'l corso degli studj suoi .

Cl. Ritorna pur liberamente , sempre 150

Che trovi le mesate da pagare .

Per ora sarpà fuori . *Arg.* Sta , sta , senti .

Dimmi quanto tu creda ch' io doveffi

Darti per lei , acciocchè per quest' anno

ne cum quiquam alio sit . Cl. tene ? viginti minas .

Atque ea lege , si alius ad me prius attulerit , tu vale .

Arg. At ego : est etiam , priusquam abis , quod volo loqui . Cl. dic quod lubet .

Arg. Non omnino jam perii : est reliquum quo peream magis . 80

Habeo , unde istuc tibi quod poscis dem : sed in leges meas

Dabo , ut scire possis , perpetuum annum hunc mihi uti seruiat ,

Nec quemquam interea alium admittat prorsus , quam me , ad se virum .

Cl. Quin si tu voles , domi servi qui sunt , castrabo viros .

Postremo ut voles nos esse , syngrapham facito afferas . 85

Ut voles , ut tibi lubebit , nobis legem imposito : Modo tecum una argentum afferto ; facile patiar cetera .

Portitorum simillimae sunt januae lenoniae : Si affers , tum patent : si non est quod des , aedes non patent .

Arg. Interii , si non invenio ego illas viginti minas . Et profecto , nisi illud perdo argentum , pereundum est mihi . 91

Nunc pergam ad forum ,

La non si stia con altri, che con me. 155

Cl. Tu? Dugento ducati; ma con questa
Condizione: s' altri me gli porta
Prima, statti con dio. *Arg.* Ma io. . . deh senti,
Che mi riman da dirti non so che,
Prima che tu te ne vada. *Cl.* Di' pure 160
Quel che ti piace. *Arg.* Io non sono po' poi
Precipitato affatto affatto. e' restami
Come precipitare ancor di più.

Ho come darti quel, che tu mi chiedi.
Ma io te gli darò, acciocchè sappi, 165
Con patto ch' ella serva solo a me

Quest' anno intero intero, e in questo tempo
Che ella non ammetta per affatto

Altr' uomo, da me in poi. *Cl.* Anzi di più,
Se vuoi, ti castrerò tutti i miei servi, 170
Che son gli uomin, che ho in casa. E per cau-
Maggiore, porta con teco la scritta, (tela
Che spieghi come vuoi, che ci portiamo.
Imponci quelle leggi, che vorrai,

Che ti verranno 'n cuore: porta teco 175
Il danajo, in tutto 'l resto berrò grosso.

Le porte de' ruffiani s' affomigliano
Del tutto a' passeggièri: se tu porti,
Allor t' aprono il passo; se non hai

Che dare, allora la casa t' è chiusa. 180

Arg. Son morto s' io non trovo que' dugento
Ducati. e senza dubbio, s' io non mando
Questo danaro in mal' ora, dovrò
Andar in mal' ora io. Or voglio andare

atque experiar opibus, omni copia;
*Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum
 videro:*

*Dignos, indignos adire, atque experiri, cer-
 tum est mihi.*

*Nam si mutuas non potero, certum est sumam
 foenore.*

ACTUS SECUNDUS. SCENA I.

Libanus.

Hercle vero, Libane, nunc te melius est ex-
 pergiscier,

*Atque argento comparando fingere fallaciam.
 Jam diu est factum quom discēsti ab herō,
 atque abiisti ad forum,*

*Igitur inveniundo argento ut fingeres fallaciam.
 Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio. S
 Quin tu abs te socordiam omnem reice, &
 segnitiam amove,*

*Atque ad ingenium vetus versutum te reci-
 pis tuum,*

*Serva herum: cave tu idem faxis, alii quod
 servi solent,*

*Qui ad heri fraudationem callidum ingenium
 gerunt.*

*Unde sumam? quem intervortam? quo hanc
 celocem conferam?*

Im-

In piazza a farne tutti i tentativi, 185
 Con ogni sforzo. Io supplicherò,
 Scongiurerò qualunque amico io 'ncontri.
 Io son determinato d'abbordare,
 E tentar l'uom di garbo, ed il furfante.
 Ch'io mi son fitto 'n capo, non potendolo 190
 Aver a presto, prenderlo a interesse.

ATTO SECONDO SCENA I.

Libano,

A Fe, Libano mio, farebbe meglio
 Di destarti oramai, e macchinare
 Il modo da trovare que' quattrini.
 Ormai è un buon tratto che ti dividesti
 Dal tuo padrone, e te ne andasti 'n piazza, 5
 Appunto per inventare una trappola,
 Onde trovar i danari. Lì ti
 Se' stato a strimpellartela finora.
 Eh via, caccia da te adesso tutta
 L'inguardaggin tua, e dà un calcio 10
 Alla poltroneria, e ti rimetti
 Nell'antica tua strada degli agguindoli:
 Salva il padrone: bada di non fare
 Ciò che fan d'ordinario gli altri servi,
 Che allora sono astuti, quando trattasi 15
 Di barbarla a' padroni. Ma di dove
 L'ho da pigliare, a chi l'ho d'accoccare?
 Dove anderò a dar fondo? E' fatta già

O. 2

La

Impetratum , inauguratum' st : quovis admittunt aves .

Picus & cornix est ab laeva ; corvus porro ab dextera .

Consuadent : certum hercle est , vestram consequi sententiam .

Sed quid hoc , quod picus ulmum tundit ? non temerarium' st :

Certę , hercle , ego , quantum ex augurio auspicii intellego , 15

Aut mihi (1) in mundo sunt virgae , aut atriensi Saureae .

Sed quid illuc , quod exanimatus currit huc Leonida ?

Metuo , quod illic obscaevavit meae falsae fallaciae .

ACTUS SECUNDI SCENA II.

Leonida , Libanus .

U*Bi ego nunc Libanum requiram , aut familiarem filium ?*

Uri ego illos lubentiores faciam , quam Lubentia' st ?

Maximam praedam & triumphum eis adfetro adventu meo .

Quando mecum pariter potant , pariter scortari solent ; *Hanc*

(1) *In mundo , cioè paratae , frequentemente usato da*

La grazia: sono presi già gli augurj:
 M'invitano gli uccelli da per tutto . 20
 Il picchio, e la cornacchia l'ho a sinistra,
 Ed ecco il corvo a destra; tutti e tre
 Sono d'accordo a darmi insiem la pinta.
 Risolvo di seguire il voler vostro.
 Ma che vuol dir che il picchio becca l'olmo? 25
 Non è per nulla. E che sì, che, per quanto
 Posso trarre da questo augurio, stanno!
 Apparecchiate i bacchi o per me, o pure
 Pel maestro di casa Sauria. Ma
 Che farà mai che Leonida corre 30
 A questa volta tutto ansante? oimè!
 Che paura mi sento ch'è non voglia
 Effer di tristo augurio alle mie trappole.

ATTO SECONDO SCENA II.

Leonida, e Libano.

DOve potrò cercare adesso Libano,
 O il padroncino nostro, per potergli
 Far venir più contenti dell'istessa
 Contentezza? Io lor reco col mio arrivo
 Un bottino grandissimo, e il trionfo. 5
 E poichè eglino sono buon compagni
 In far porzione a me del lor trincare,
 E del fare all'amore; voglio anch'io

O 3 Da

da Plauto; e quindi credo che fossesi detto *mundus muliebris*, cioè *apparatus muliebris*.

- Hanc quidem quam nactus praedam, pariter
cum illis partiam.* 5
- Lib. Illic homo aedis compilavit, more si fecit suo.
Vae illi qui tam indiligenter observavit januam.*
- Leon. Aetatem velim servare, Libanum ut con-
veniam modo.*
- Lib. Mea quidem hercule opera liber nunquam
fies (i) ocius.*
- Leon. Etiam de tergo ducentas plagas prae-
gnantis dabo.* 10
- Lib. Largitur peculium: omnem in tergo the-
saurum gerit.*
- Leon. Nam si huic occasione tempus sese sub-
terduxerit,
Numquam aedepol quadrigis albis indipiscet
postea:
Hecum in obsidione linquet, inimicam ani-
mos auxerit.
Sed si mecum occasionem opprimere hanc,
quae obvenit, studet,* 15
- Maximas opimitates gaudio effertissimas
Suis heris ille una mecum pariet, gnatoque patri:
Adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint
obnoxii,
Nostro devincti beneficio. Lib. victos nescio
quos ait.
Non placet. metus*

in

(i) Cioè: ocius quam serviveris jam aetatem.

Da buon compagno far loro porzione
Uguale del bottino, che ho trovato. 10

Lib. S' e' fece come al solito, de' avere
Ispogliata la casa: Guai a colui
Che fu sì trascurato in guardar l'uscio.

Leon. Purchè io trovassi 'n questo punto Libano
Sarei contento viver sempre schiavo 15
Sino alla morte: *Lib.* S' egli stesse a me,
Tu non avresti nè anche un momento
Prima della tua morte il tuo riscatto.

Leon. E di più pagherei di schiena mia
Dugento busse pregne. *Lib.* Egli largheggia 20
Sul suo peculio. tutto il suo tesoro
Egli l'ha nelle schiene. *Leon.* Perchè fe
Coll'indugiare egli perdesse adesso.

Questa opportunità, non la potrebbe
Raggiugnere mai più un'altra volta, 25
Nè men se e' si mettesse le ale ai piedi.
Lascerà il suo padrone nell'assedio,
E accrescerà l'ardire de' nemici.

Ma quando egli ingegnassesi di cogliere
Con la compagnia mia questo bel punto, 30

Egli insieme con me faria sguazzare
In una macca, in un diluvio di
Contentezze i padroni, figlio, e padre;
Di modo che, legati ai benefizj,
Che avessimo lor fatti, a noi vivessero 35
Soggetti entrambi 'n tutta la lor vita.

Lib. Io sento far menzione di legati.

La non mi garba. I' ho paura ch'egli

- in commune, ne quam fraudem fraudus fiet.*
- Leon.** Perii ego oppido, nisi Libanum invenio jam, ubi ubi est gentium. 21
- Lib.** Illic homo socium ad malam rem quaerit, quem adjungat sibi.
- Non placet. pro monstro extemplo est, quando qui sudat tremat.*
- Leon.** Sed quid ego hic properans concessio pedibus, lingua largior?
- Quin ego hanc jubeo tacere, quae loquens lacerat diem?* 25
- Lib.** Aedepol hominem infelicem, qui patronam comprimat!
- Nam si quid scelesti fecit, lingua pro illo pejerat.*
- Leon.** Approperabo, ne post tempus praedae praesidium parem.
- Lib.** Quae illaec praeda est? ibo adversum, atque electabo quidquid est.
- Jubeo te salverè voce summa, quoad vires valent.*
- Leon.** Gymnasium flagri, salveto. **Lib.** quid agis, custos carceris? 31
- Leon.** O catenarum colone! **Lib.** O virgarum lascivia!
- Leon.** Quot pondo ted esse censes nudum? **Lib.** non aedepol scio.
- Leon.** Scibam ego te nescire: at pol ego qui te expendi, scio.
- Nudus vinculus centum pondo es, quando pedes per pedes.* 35
- Lib.** Quo argumento istuc? **Leon.** ego dicam, quod

- Non avesse commesso alcun disordine,
 Che s'avesse a pagare insieme. *Leon.* Io sono 40
 Perduto affatto se or non trovo Libano
 Dovunque egli si sia. *Lib.* E' va cercando
 Compagno nel malanno. La non mi
 Calza. Subito i' ho per mal augurio
 Veder uno, che tremi, e fudi a un tempo. 45
- Leon.* Ma che fo io, che avendo tanta fretta,
 Abbondo in ciarle, e scarfeggio ne' passi?
 Perchè non fo tacere questa quì,
 La quale chiacchierando leva i pezzi
 Dalla giornata? *Lib.* O disgraziato a lui, 50
 Che vuol tener a fren la sua avvocata.
 Poichè s' e' fa del male, la lingua è
 Quella, che lo difende spergiurando.
- Leon.* Or facciam presto, perchè il mio soccorso
 Della preda, non fosse fuor di tempo. 55
- Lib.* Che preda? Io voglio abbordarlo, e cavarne
 Quello, che sia. Io ti faccio un saluto
 Ad altissima voce, quanto ho fiato.
- Leon.* O esercizio della frusta, addio.
- Lib.* Che fai guardiano di grottaferrata? 60
- Leon.* O cittadin delle gogne. *Lib.* O tripudio
 Delle bacchette. *Leon.* Quanto credi tu
 Di pefar nudo? *Lib.* A fe ch' io non lo fo.
- Leon.* Sapeva io già, che nol sapevi tu;
 Ma il fo ben io, il quale ti ho pefato. 65
 Legato nudo, e appeso pe' piedi,
 Tu pesi cento libbre. *Lib.* Onde arguisci
 Cotesto? *Leon.* Or ti dirò ond' io arguiscalo,

quo argumento & quo modo.

Ad pedes quando alligatus es aequum centum-
pondium ;

Ubi manus manicae complexae sunt ; atque
adductae ad trabem ,

Nec dependis ; nec propendis ; quin malus ne-
quàmque sis .

Lib. Vae tibi ! Leon. hoc testamento Servitus
legat tibi : 40

Lib. Verbis velitationem fieri compendi volo .

Quid istuc negotii est ? Leon. certum est cre-
dere ? Lib. audacter licet :

Leon. Sis amanti subvenire familiari filio ,
Tantum adest boni improviso ; verum com-
mixtum malo ;

Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies .

Libane , nunc audacia usus est nobis inventa
& dolis : 46

Tantum facinus modo inveni ego , ut nos di-
camur duo

Omnium dignissimi esse , quo cruciatus confluant .

Lib. Ergo mirabar , quod dudum scapulae gesti-
bant mihi ;

Hariolari quae occoeperunt sibi esse in mun-
do malum . 50

Quidquid est ; eloquere .

È come. Io dico, ch' essendo legato
Pe' piedi, pesi giusto cento libbre. 70

Quando hai le man poi unite alle manette,
E ti sono tirate in su la trave;
Allor nè scarso seì nè trabboccante,

Ma giusto giusto un tristo, e un pan perduto.

Lib. Ti dia' l malanno: *Leo.* Costo è un legato, 75

Che il servire ti lascia in testamento.

Lib. Orsù; leviamo mano al badalucco

Di queste nostre frottole. Che ci è

Di bello? *Leon.* Io vo' fidartelo a ogni modo.

Lib. Oh, lo puoi fare senz' alcun timore. 80

